acerbiſſimas amaritudines ceſſit. Non niſi circũciſis datur: purgatis eñi ſolis et lauacro indulgentię cęleſtis expiatis / pcipiendi chriſti corporis ſacrati cibi facultas porrigitur. Itaq̃ quę figurata in iſraelitis fuerãt / in nobis corroborata ſunt: Et q̃ in illis imagines / in nobis ipſę ſunt veritates. Imitabanƚ illi facere paſcha / dũ in ſimilitudinibꝰ exercerenƚ: ſolis diſcipulis chriſti verũ paſcha facturis: Non hi q̃ pecudũ ptractant cor᷑q; iecur᷑q;: Sed quo᷑ emundat prudẽs pcordia virtus / Excludens poſitam ſubter labem vitio᷑ / Remigio poterũt cęlũ penetrare ſecundo / Ethera iam vacuum et lętis tranſcurrere pennis.

Queſtio.38. Quid ẽ vt cũ cõſtet a dauid vſq; ad tranſmigrationem babylonis decem et ſeptẽ eſſe generationes: euangeliſta quattuordecim dicat: ptermiſſo ochozia qui poſt ioram eſt: et ioas filio ochozię / et amaſia filio ioas: Queſtio. LXXXV.

n Ihil euangeliſtã q̃ ſenſum legis ſecutũ credibile videri debet. Ideoq; nõ imerito hi ab euãgeliſta ſublati ſunt de numero cęter᷑. Sic eñi ho᷑ continuauit impietas / vt malignũ co᷑ nullũ interuallũ haberet. A ioram autẽ ceptum malignũ ſic pambulauit vſq; ad oȥiam filium amaſię / vt nulliꝰ lateris eſſet ſuffragiũ: quo experte merito patris aliquis ho᷑ remaneret in numero regũ. Nã iorã maligne agẽs merito ioſaphat remiſſus in numero eſt. Ilio᷑ autẽ triũ cõtinuata malignitas in deũ eſt. Salomõ quoq; merito patris remiſſus in regno eſt: Et roboam filiꝰ ſalomonis maligne agens / merito aſa relictus ẽ in numero regũ. Illi autẽ tres in medio malo᷑ concluſi ſunt maligne agentes: ideo eraſi ſunt. Peius eñi a pditiõe generis exẽplũ eſt / q̃ſi

Al. nõ hȝ† Et vt ꝓpie dicã. ſe iugiter malignitas pandit. † Et vt ꝓprie dicã / ppterea q̃ ex traduce co᷑ nõ ẽ ioſeph / ꝑtermiſſi ſũt: Ab abrahã eñi ho᷑ generationem ſecutus eſt euangeliſta: ex quibus originẽ trahit ioſeph: cui deſpõſata eſt maria quę genuit chriſtum.

Queſtio.39. Quid eſt quod probet mariam matrem domini ex tribu et ſemine eſſe dauid: Queſtio. LXXXVI.

i Donei teſtis proferemus ſermonẽ. Dicit eñi angelus ad mariã inter cętera.

Luc.1.c. Et dabit illi dñs deus ſedẽ dauid patris ſui: ⁊ regnabit in domo iacob in eternũ: ⁊ regni eiꝰ nõ erit finis. Quõ diceret ab idoneo teſte / pater eius dauid: ſi nõ eſſet maria ex ſemine dauid:

Si vnus eſt deus / cur in tribus ſpes ſalutis eſt: ⁊ nõ in duobꝰ / aut quattuor / aut certe in ipſo vno: et quare nõ eſt ab initio trinitas predicata: Queſtio. LXXXVII. Queſtio.40.

n Ihil pene nouũ effectũ eſt: ſic eñi trinitas p̃dicaƚ / vt vnꝰ deus credatur. Nõ ergo additũ eſt aliq̃d / ſed ſacramentũ dei vnius reuelatũ. Inter ipſa autẽ primordia manifeſtari nõ oportuit: q̃ꝛ ꝑus p̃dicandũ / ⁊ poſtea id qđ p̃dicatũ eſt reuelandũ: vt ſcias patrẽ eſſe / a quo cũcta ſunt: filiũ vero dici / p quẽ ſunt oĩa: ſpm̃ aũt ſctm̃ appellari / p quẽ oĩa q̃ a patre q̃dẽ / ſed p filiũ ſunt regeneranƚ ad fidẽ dei vnius. Hi ergo tres ſũt q̃dẽ / ſed vna diuinitas. Ratio igiƚ facit vt tres ſint / non plures aut infra. Oĩs eñi numerꝰ vſq; ad nouẽ ꝑuenit: quia tres dũ inuicẽ in ſe ſunt / faciũt numero nouẽ: q̃ꝛ in vno tres ſunt: ⁊ tres ſunt vnũ. Qui enim videt vnũ / videt tres: dũ nihil differt alter ab altero. Tres ergo vnum / ⁊ ter tres vnũ. Hęc eñi in nono numero ꝑfectio eſt: q̃tũ ad numerũ ptinet: q̃ꝛ de vno ſunt oĩa. Addito eñi vno ex quo vel in quo tres q̃ numeranƚ nouẽ / fiũt decẽ vl̃ viginti. Semꝑ tñ vſq; ad nouẽ veniƚ et vnꝰ addiƚ: q̃ꝛ nouẽ vnũ ſunt / vt plena ꝑfectio ſit vnitatis.

Si maior gratia ⁊ manifeſtatior intelligentia in nouo eſt q̃ in vetere teſtamento: quare eſaias ꝓpheta ſedentẽ in throno maieſtatis vidit deum ſabaoth / qui eſt chriſtus / iuxta interpretationẽ iohãnis euangeliſte. Dixit eñi inter cetera: Hec locutus ẽ eſaias q̃ñ vidit maieſtatem eius: et locutus eſt de eo. In nouo autẽ ſtephanus primꝰ martyr ſtantem ſe vidiſſe dicit ieſum a dextris dei: Quid eſt iſtud vt hic ſubiectus videaƚ poſt triũphos / ⁊ illic q̃ſi dominus anteq̃ vinceret: Queſtio. LXXXVIII. Queſtio.41. Eſaie.6.a. Ioh.12.f. Act.7.g.

p Rout cauſa erat / feciſſe ita ⁊ dominꝰ ſe oſtendit. Prophetę eñi viſus ẽ quaſi rex corripiens plebem: et hoc ſeſe oſtendit qđ erat / hoc eſt ſedentem: In pace eñi erat cauſa diuinitatis eius. Stephano autẽ vt ſtãs appareret / fecit calumnia iudęorum. In ſtephano autẽ ſaluatoris cauſa vim patiebatur: Ideo ſedente iudice deo / ſtans apparuit / quaſi qui cauſam diceret: et quia bona cauſa eius eſt / ad dexteram iudicis erat: Omnis enim qui cauſam dicit / ſtet neceſſe eſt.

Queſtio.42. Quō accipiendū eſt qd ſaluator
Ioh.16.b. int̄ cetera dicit de ſpū ſancto/q veniēs inquit ille arguet mundū de peccato/ et de iuſticia/ et de iudicio. De peccato quidē/q2 non crediderunt in me. De iuſticia vo/q2 eo ad patrē/ et iā nō videbitis me. De iudicio autē/quia pnceps hui9 mūdi iudicatus eſt: Queſtio.LXXXIX.

c Auſam quidē videt dixiſſe arguendi mūdi/ ſed indiget explanatiōe. Cū ſaluatori nō crederēt iudei neq mūdane ptātes:quia non ſolū hoibus ſe manifeſtari voluit/ſed et pncipib9 et pote
Eph.3.b. ſtatib9 in celeſtibus:ſicut docet apl's i epiſtola ad epheſios:poſt paſſionē ſuā vera ſe locutū ſpm̄ſanctū pbaturū oſtēdit:Et hoc eſt arguere mundū/oſtēdere illi vera eſſe q̄ credere noluit. Credere eñ noluit a deo veniſſe ſaluatorē. Saluator aūt ſeruata iuſticia nō trepidauit reuerti ad eū qui ſe miſerat: et p id qd regreſſus ē pbauit ſe inde ve
Ioh.3.b. niſſe. Quia nemo inqt aſcēdit ad deū/ niſi q̄ deſcēdit a deo. Videntes & ptātes aſcēdere eū/ pfuſe ſunt:videntes verū eē qd velut falſum ſpreuerāt. Itaq iſta iuſticia arguit eos:qua iuſtū pbatū eſt/q2 regreſſus eſt vñ venerat. Sic aūt arguit eos de pctō:q nō ſolū credere ei noluerūt/ſed et occiderūt eū. De iudicio vo ſic eos corripuit/ dū oſtēdit pncipē mūdi reū factū et cōphenſū ab eo/ cuius fidei non cōmunicarūt. Videntes eñ aīas de inferis ire in celos: cognouerūt adiudicatū eſſe pncipē hui9 mūdi: vt re9 fact9 i cā ſaluatori q̄ tenebat iure amitteret. Hec quidē aſcēdente ſaluatore viſa ſūt:ſed ſupueniēte in diſcipulos ſpūſctō/ palā aptea manifeſtata ſūt. Vera eñ correptio tūc fuit/qñ p9 paſſionē reſurrectionēq ad teſtimoniū ſaluatori/publice a pſidis videbāt reſurgētes mortui/claudi currētes/leproſi mūdati/paralytici confirmati/ ceci aſpicere/ſurdi audire/muti eloq/demoniaci purgati/infirmi recuperata ſanitate gratias agere. Hoc modo ſpūſſanctus arguit mūdū:q2 in nomine ſaluatoris/qui reprobat9 ē a mundo/ oīm curationū vtutes operatus eſt.

Queſtio.43. Si diabol9 ipſe ē ſathanas/ q̄d ē vt int̄ cetera dicat ſaluator: Vos
Ioh.8.f. de patre diabolo eſtis: et pcupiſcētias patris veſtri vultis facere: ille homicida fuit ab initio: et in veritate non ſtetit:q2 veritas nō eſt i eo. Cū loquit mendaciū/ex ſuis ppriis loquit: quia mendax ē ſicut et pater eius: Queſtio.XC.

d Iabolus nō ſpeciale nomē eſt/ſed cōmune. In quocūq eñ opa diaboli fuerint inuēta/ ſine dubio diabolus appellādus ē. Opis eñ nomē ē/non nature. Itaq hoc in loco patrē iudeorū cain ſignificat:cui9 imitatores volētes eē iudei ſaluatorē peremerūt:Hinc dic eū/q2 ſe parricidio maculauit/ et reū fecit mortis/in veritate nō ſteriſſe: ab ipſo aūt forma data ē fratricidij. Iſtū ipſum dicit/ cū loqtur mendaciū de ſuis ppriis loqui: vt oſtēderet vnūquēq non niſi ppria volūtate peccare: Sed q2 imitator diaboli eſt/ adiecit: Mēdax eſt ſicut et pater eius. Hic eñ vt pmū hoiem morte pdēnaret/ſimulauit ſe neſciſſe q̄d pceptū fuiſſet ei a deo. Sic et cain
interrogatus/finxit ſe neſcire vbi eſſet fra Gen.4.b.
ter ſuus abel quē occiderat. Hoc ergo in loco diabolū cain eſſe dixit:patrē aūt ei9 diabolū/cui9 opa ſecutus ē. Diaboli eñ filius diabolus ē:Sed diabolus ille qui ē ſathanas/patrē in malicia ſua nullū habet. Ipſe eñ ſibi i malo auctor eſt: Prior eñ ipſe peccauit:ac p hoc qcunq imitati illū fuerint/ filij eius dicent/ et ille pater eorū. Etenī nos in fide abraā patrē habemus:q2 prior ipſe credidit deo: ac p hoc noie eius cenſemur: Fideles eñ dicimur ſicut et ille.

Querendū quō ptradicendū ſit Queſtio.44.
argumētis fotini/ſcz chriſtū añ maria eſſe pbādo: Queſtio.XCI.

a Iohanne pus queramus baptiſta/ quē ipſe ſaluator teſtē ſuū eſſe pfeſſus eſt. Ait eñ inter cetera de dño:
Qui de ſurſū venit/ſup oēs eſt:Qui aūt d Ioh.3.d.
terra ē/de terra loquit:Qui vo de celo venit/qd vidit et audiuit/teſtificat: et teſtimoniū eius nemo accipit. Ecce iohānes oēs ſecū pariter ad compatiōnē dñi terreſtres appellauit:Quia illū de celis teſtat veniſſe:ceteros vo oēs de terra eſſe/hoc eſt de inferioribus. Et ipſe dñs inter cetera eadē
loqtur dicēs: Non eñ deſcendi de celo vt Ioh.6.d.
facerē voluntatē meā/ſed voluntatē eius qui miſit me patris. Et iterū dñs inter alia
hoc ſenſu loquit dicēs:Et nūc dico vobis/ Ioh.16.f.
quia ego rogabo patrē. Ipſe eñ pater diligit vos/q2 vos me diligitis: et creditis q2 a

deo exiui. Exiui eñ a patre/ ⁊ veni in hunc
mundū: iterū relinquo mundū/ et vado ad
patrē. Videntes diſcipuli manifeſte illum
locutū eſſe/ dicūt ei: Ecce nūc palā loqueris:
⁊ ꝓuerbiū nullum dicis: Nunc ſcimus qm̄
ſcis om̄ia: ⁊ nō opus tibi ē vt quis te inter-
roget. In hoc credim⁹ qm̄ a deo exiſti. Hęc
interp̄tatione non indigēt: Quippe cū iſta
ſumma ſit religionis noſtrę/ vt chriſtuȝ an̄
carnē in cęlis cū deo fuiſſe credamus/ vt fi-
liū apud patrē: Nam ſi ꝓpter iuſtam con-
uerſationē ⁊ cęleſtē doctrinā ḋ cęlo ⁊ a deo
ſe dixit exiſſe ⁊ veniſſe in mundū: eadē de-
berent dicere de ſe oēs ꝓphetę ⁊ apl̄i. Et q̄
dixit: Iterū relinquo mūdū/ ⁊ vado ad pa-
trē: hoc forte dicat̄ ſignificaſſe/ quia doctri
na quę venerat a deo/ relicto mūdo ad de-
um eſt regreſſa. Aliud eñ qḋ dicāt non ha
bent. Si eñ de cęlo veniſſe/ ⁊ a deo exiſſe/ ⁊
veniſſe in hunc mundū/ ad ꝟtutis ⁊ doctri
nę ꝑtinet cauſam/ nō ad ſaluatoris ꝑſonā:
Cū dicit: Iterū relinquo mūdū/ et vado ad
patrē. Illo vtiq̄ redit vn̄ venerat: ſed vidi-
mus poſt abſceſſū dn̄i/ ⁊ ꝟtutē fuiſſe in mū
B do ⁊ doctrinā. Vides ergo nō de ꝟtute di-
ctū eſſe a dn̄o ⁊ doctrina/ ſed ſpecialiter de
ſe dn̄m locutū. Q̄ ſi virtutis quę in chriſto
oꝑata eſt/ dicis eſſe verba: hęc ipſa virt⁹ de-
um patrē ſuū appellat. Ecce incurris qḋ ti-
mes: q̄ ſi virtus dei filius dei eſt/ ipſa vti-
q̄ virtus dei eſt: de qua dicit apl̄us chriſtū
1. Corī. 1. d. dei ꝟtutē ⁊ dei ſapientiā: hęc exiuit a deo:
⁊ iterū ad eū regreſſa eſt. Itaq̄ hęc ipſa vir-
Matth. 12. b. tus quę chriſtus eſt: in ſpū dei dęmonia ſe
teſtat̄ eycere/ qui ſpūs ꝑ apl̄os oꝑatus eſt/
vt ſcias ſpūmſanctū ꝑ quē dn̄s oꝑatus eſt:
poſt abſceſſum dn̄i hic in mundo in apl̄os
operatū: vt plenius appareat dn̄m de ſua
ꝑſona locutū: q̄ relicto mūdo regreſſus eſt
ad deū. Aut ſi putas virtutē hanc non eſſe
chriſtū: duę erunt ꝟtutes/ ⁊ duo filij dei: et
Ioh. 1. b. vbi eſt illud quod legit̄: Unigenitus filius
Ioh. 3. b. dei qui ē ī ſinu patris? Et iterū: Sic eñ in-
quit dilexit deus mundū hunc/ vt filiū ſuū
vnicū daret ꝓ eo. Animaduertis iā virtu-
tē dei quę oꝑata eſt in mundū/ ipſam vnā
eſſe quę ⁊ dei virt⁹ dicat̄ ⁊ filius: Et videa-
mus quid crediderint/ aut cui apl̄i audien-
Ioh. 16. f. tes a dn̄o: Ecce iterū relinquo mūdū/ ⁊ va-
do ad patrē. Reſponderūt ei: Ecce nūc pa-
lam loqueris: et ꝓuerbiū nullū dicis: Nūc
ſcimus q̄ noſti om̄ia: ⁊ nō opus eſt tibi vt
quis te interroget. In hoc credimus/ qm̄ a
deo exiſti. Nūc videamus ſi de ꝟtutib⁹ am
bigerent diſcipuli/ vtrū a deo exiſſet/ cū vi- Ioh. 11. f.
diſſent laȝarū iā fetidū quarta die reſuſci-
tatum: Cęco a natiuitate oculos reforma- Ioh. 9. a.
tos: Tactu fimbrię mulierē a ꝓfluuio libe- Matth. 9. c.
ratā: Aquę naturā mutatā in vinū. Aut de Ioh. 2. a.
ꝑſona dn̄i nemo plane dubitauit vel de ꝟ-
tutibus. Quippe cū dicerēt illū/ alij eſſe he Matth. 16. b.
liā/ alij hieremiā/ aut vnū ex ꝓphetis. Naȝ
cū lapidare vellēt illū iudęi: r̄ndit eis ieſus:
Multa oꝑa bona oſtēdi vob̄ a patre meo: Ioh. 10. f.
ꝓpter qḋ eoꝝ opus lapidatis me. Dixerūt
ei iudęi: Nos de bono oꝑe non te lapida-
mus/ ſed ꝓpt̄ blaſphemiā: ⁊ q̄ cū ſis hō fa-
cis te deū. Si ḡ iudęi q̄ dei oꝑa eſſent nō
ambigebāt: apl̄i ambigebāt? Qm̄ ḡ om̄is C
dubitatio de ſaluatoꝛ̄ ꝑſona erat: Res eñ
inaudita/ ⁊ q̄ in ſenſū humanū non obrue-
rat/ ſtuporē hominibus faciebat/ cū audie-
bant dicentē illū ſe a deo exiſſe/ ⁊ ꝓpriū ſi-
bi patrē eſſe deū. Idcirco diſcipuli ſatis ſi-
bi eſſe factū ꝯfitentes/ manifeſtatiōe ver-
boꝝ dn̄i dixerunt ad eū: Nūc ſcim⁹ qm̄ no-
ſti oīa: ⁊ nō ē opus vt q̄s te interroget. In
hoc credim⁹/ qm̄ a deo exiſti. Si eñ nō vere
a deo exiuit/ fides apl̄oꝝ exinanit̄: ſed non
poteſt: q̄ a ſaluatore ꝓbata eſt. R̄ndit eñ
eis: Nō creditis. ſ. tanta ſigna vidētes nō
credebatis. Itaq̄ ꝓbatū eſt apl̄is chriſtū a
deo exiſſe ⁊ veniſſe: vt ꝑ hāc exitionē filiū
iſtū dei credere non eſſet ambiguū. Si eñ
nemo vidit deū niſi q̄ ē a deo/ h̄ vidit deū:
⁊ ſi nemo nouit patrē niſi filius: hoc ē vere
apḋ deū patrē fuiſſe/ et ab eo exiſſe ⁊ venin-
ſe: Nemo eñ alius poterat a deo exire/ ni-
ſi hic qui in ꝑ̄ncipio erat apud deum: quia Ioh. 1. a.
nec quiſq̄ alius ſciebat aut viderat deum.
Ideo nō incredibile vobis eſt/ verū filium
hūc dei credere. Sicut dicit iohānes ī epl̄a
ꝑ̄ma: Et ſum⁹ inquit in vno filio eius ieſu
chriſto: hic ē verus ⁊ vita ęterna. Et apl̄s:
Qui ꝓprio inq̄t filio nō pepcit. Et euāgeli- Roma. 8. f.
ſta: Qui ꝓpriū ait ſibi patrē dicebat deū. Ioh. 5. c.
Si verus ergo filius dei ē chriſtus/ quō hō
tm̄ ē? Verus eñ non diceret̄/ niſi ꝓprie ab
eo eſſet genitus. Aut ſi dicat fotin⁹: Qua-
re verus fili⁹ dei credit̄ ſi nō ē verus? Aut
quid opus erat hūc credere filiū dei/ ſi vn⁹
eſſet de cęteris ſanctis/ q̄ filij dei digni ſūt
appellari? Aut nūq̄d aliqua indignitas in
hoc eſt/ ꝑ quem filius dei ſicut cęteri ſunt/

credi nõ poſſet? Et idcirco dicit̃ vt hic de q̃
incredulũ videt̃/ credat̃ fili⁹ eſſe dei. Si eni
potior cęteris eſt/ quid opus ẽ vt dicatur:
crede chriſtũ filiũ dei eſſe ſi vnus eſſet õ cę-
teris/ niſi q: vt aliter de hoc credatur? Vñ
ꝛ vnicus dicit̃/ qͦ non ꝗcapit̃ de cęteris: vt
q: multi ſunt qui filij dei ſctitat̃ cauſa ap-
pellãtur/ hic ſolus verus filius dei credat̃:
vñ ꝛ vnicus dicit̃. Nã quis ſanctoꝝ auſus
fuerit filiũ dei ſe dicere: nõ dicã ꝛ vnicum:
niſi ſaluator ꝯſcius natiuitat̃ ſuę a deo ꝓ-
fecte? Quõ aũt pateret̃ ſe adorari/ ſi neſci-
Deut.6.b. ret ſe de deo: cũ ſcṗtũ ſit: Dñm deuz tuum
adorabis/ ꝛ ipſi ſoli ſeruies? Quippe cũ io
hãnẽ angel⁹ corripuit/ eo ꝙ adorare ſe vel-
Apocal. 22.b let dicẽs ei: Ne feceris/ q: ꝯſeru⁹ tuus ſum:
deũ adora. Et cũ ſoli deo ſeruiendũ ſcṗtu-
Roma.14.c. ra teſtet̃: aplus rñ/ qui ſeruit inq̃t chriſto/
placet deo. Quare? Quia vnũ ſunt de⁹ et
chriſt⁹/ pater ꝛ fili⁹. Apl's ſe chriſti ſeruũ fa-
tet̃/ ꝛ dicit corinthijſ: Nolite fieri ſui hoim.
Gal.1.a. Et ad galathas: Paulus apl's: nõ ab hoi-
bus/ neq; p hoiem/ ſ; p ieſum chriſtũ ꝛ de-
um patrẽ/ q̃ ſuſcitauit eũ a mortuiſ: oſtẽdit
apte chriſtũ deũ eſſe ꝛ hoiem: vt aplatũ ſu
um nõ ab hoie/ ſed a chriſto/ iuxta qͦ de⁹ ẽ/
D ꝛ a patre deo eſſe demonſtraret. Deniq; in
ſubiect̃ ait: Neq; eñ ego ab hoie accępi il-
lud: neq; didici/ ſed p reuelationẽ ieſu chri-
ſti. Quid tã aptũ? Dei eñ doctrinã non p
hoiem dicit ſe eẽ aſſecutũ/ ſ; ab ipo deo do-
ctũ: Na; nos dei doctrinã p hoies accępi-
mus: vas autẽ electionis nihil ſe ꝓbat ab
aplis aſſecutũ/ hoc ẽ ab hoib⁹: Nã ſi q: dei
doctrina ẽ/ ideo nõ p hoiem diſcat̃: quã lau-
dẽ ſuã teſtatur apl's/ ſi ſic didicit ſicut cęteri
apli? Ut q̃d dic̃: Neq; ego ab hoie accępi
illud/ neq; edoctus ſũ/ ſed p reuelationẽ ie-
ſu chriſti? Quis ambigat hoc loco chriſtũ
deũ ſignificatũ? Sed q̃d mirũ? Cũ iter cęte-
Roma.9.c. ra dicat ad romanos: Quoꝝ patres/ ex q̃-
bus chriſt⁹ ſm carnẽ/ q̃ eſt ſup oia de⁹/ bñdi
ctus i ſęcula. Quid ẽ/ ꝛ ex q̃bus chriſt⁹ ſm
carnem? Nõ eñ hoc diceret/ niſi eſſet ꝛ ſm
deũ/ et ſm carnẽ ex patrib⁹: ſm diuinitatẽ
ꝟo ex deo chriſt⁹ ſit ſup oia de⁹. S; forte ad
patris pſonã ptinere dicat̃: ſ; hoc loco nul
la ẽ paterni nois mentio: Ideoq; ſi de chri
ſto dictũ negat̃/ pſona cui competat detur.
Phil.2.b. Quare aũt chriſto non cõpetat/ cui⁹ nomi-
ni cęleſtia/ terreſtria ꝛ inferna genu flectũt:
q̃ ẽ ſup oia eẽ deũ? Pręter hęc eñ alia nul-
la ſunt. Dicat nũc fotin⁹: ſi hęc hoi genu fle
ctũt: aut ſi de⁹ potẽtias illas cęleſtes ꝛ ſan
ctos angelos vt hominẽ adorẽt/ decreuit:
Sed abſit: q: de⁹ nihil ſtultũ decreuit: ma-
xime cũ ñ liceat niſi deũ adorari/ q̃nto ma-
gis in cęl'. Rex eñ adorat̃ i terris q̃ſi vicari
us dei: Chriſtus aũt poſt hãc vicariã/ iple-
ta diſpẽſatione adorat̃ in cęl' ꝛ in terra. Le
gim⁹ nãq;/ q: verbũ caro factũ ẽ: hoc ẽ mini Joh.1.a.
ſtro ſpũſancto incarnatũ eſſe ex maria: hoc
verbũ in ṗncipio apud deũ fuiſſe/ et deum
eſſe: hoc quoq; filiũ dei appellari: Quõ er
go non añ mariã eſt qͦ in principio erat/ ꝛ
deus erat? Etiã ſi obcęcatus deũ hic eẽ ne
ges/ verbũ tamẽ non negas: neq; ignoras
hoc verbũ filium dei appellari: ꝛ hoc apud
deum fuiſſe in ṗncipio. Qua ẽ ratiõe poſt
mariã dicis eſſe qͦ in ṗncipio legis fuiſſe?
In apocalypſi eni legim⁹ de chriſto: Et no Apocal. 19.c.
mẽ ei⁹ eſt/ verbũ dei. Qͦ verbũ multas ha
bet interꝑtationes: Nam nihil de deo eſt
quod non deus dicatur: ſed ꝑpter auctori-
tatẽ vnius dei/ quod de ipſo natum ẽ ver-
bũ appellauit: vt hac rõne ducti q̃ ſcim⁹ ꝟ-
ba noſtra non niſi ex nobis eſſe/ chriſtũ de
deo eſſe crederem⁹. Nec aliter quidẽ opor-
tuit dici vt de ipſo eſſe crederem⁹/ ꝛ nõ ex-
tra eũ crederetur: Nã ꝛ ſimili mõ et virtus
ꝛ ſapientia dei vocatur/ vt eadẽ ratione de
ipſo intelligatur. Si eñ dixiſſet: de⁹ ꝛ de⁹:
non illũ de ſe eſſe ſignificauerat/ ſ; duos fe
cerat deos: qͦ vnitati aduerſũ ẽ. Hęc rõ in
diuinis libris ẽ: vt ſignificat⁹ deus chriſt⁹/ E
modũ ñ excedat dei vni⁹ †. Q; aũt illõ tuũ Ar. † Qͦ eſſe illud vnum eſt fotine ꝛc̃.
ſtultũ ẽ fotine/ ꝙ ſic diſtinguis i capite euã
gelij iohannis/ ne verbũ deus dicatur. Sic
eñ legis: In ṗncipio erat verbũ: ꝛ verbu; Joh.1.a.
erat apud deũ ꝛ deus erat: verbũ hoc i ṗn
cipio erat apud deum. Quid ſibi vult hęc
diſtinctio? quẽ indicat ſenſum? quã ſignifi
cat pietatis rationẽ/ niſi ſolã aduerſus dei
filiũ inimicitiã? Quę eñ ſignificatio eſt ꝓ-
nũciãtis: ꝛ verbũ erat apud deũ ꝛ de⁹ erat?
Hęc ergo legis veſtrę ſapiẽtia eſt vt doce-
at/ quia ẽ deus? Quę lingua ẽ/ ꝛ quę gẽs/
quę terra/ quę ſecta/ quę negat deũ eẽ? Et
vt q̃d inſinuet dic̃: Et ꝟbũ erat apud deũ.
Aut verbũ hoc quid vult intelligi/ niſi ra-
tionẽ eius oſtẽdat? Nõ eñ ꝑpter deũ euã-
geliũ legitur ſiue ſcribitur/ de q̃ nemo dubi
tat: ſed ꝑpter verbũ de quo q̃ſtiones fiũt.
Myſteriũ eñ dei ẽ: qͦ ideo credit̃: q: nõ ẽ

omnib° manifeſtū: ideoq ſcptura cōtēdit
Joh.1.a. docere qd ſit verbū dicēs: Et verbum erat
apud deū/ ꝛ deus erat verbū: hoc erat i pn/
cipio apud deū. Iſtud ꝛ ratiōi ꝯuenit: ꝛ ꝓ/
nunciatio integra ē. Oſtendit em̄ q2 verbū
hoc qd in pncipio apud deum erat/ et de°
erat: vt i ſacramēto myſterij ęterni dei: qd
Al. tignoratū tignotū erat a ſęculis ꝛ generatiōib°/ deus
verbū apud deū patrē fuiſſe credat. Et q2
carnalib° in dubiū venit/ qui volūt ſcpturā
pro ſenſus ſui loq capacitate/ fides poſita
eſt: ꝗ ſenſū ſcpturę ſecura ꝑmiū mereatur.
Salomoni cū ſapientiā a deo poſtulaſſet/
3. Reg. 3. b. reſpōſum a dño eſt: Ecce dedi tibi inqt cor
ſapiēs ꝛ prudēs/ quale nō fuit aň te ꝛ poſt
te ſi exurget vir ſimilis tibi. Quid dicem°:
verū ē qd ꝓmiſit deus? Immo vez ē. Ne/
mo ergo hominū ſimilis erat ſalomoni. Et
Math. 12. d. quid videbit de chriſto/ q inter cętera: Re/
gina inqt auſtri venit ab vltimis terrę au/
dire ſapientiā ſalomonis? Ecce pl° ſalomo
ne hic. Nūc eligę cui credas fotine: deo an
chriſto: patri an filio? Si patri credis/ argu
is filiū: ſi filio credis/ accuſas patrē. Si em̄
homo tm̄ eſt chriſtus: fruſtra ſe ꝑpoſuit ſa/
lomoni cōtra ꝓmiſſum dei. Si autē intel/
ligit eſſe ꝛ de°/ digne ſe antepoſuit ſalomo
ni: ꝛ ꝓmiſſum incontaminatū eſt dei: q2 nō
exurrexit hō ſimilis ſalomoni. Chriſtus em̄
idcirco ſe potiorē oſtēdit/ q2 deus ē. O de/
mentia fotini: q chriſtū aň mariā fateri nō
vult: quem voce ſua audit teſtantē q ante
abraā ſit. Cū em̄ de tpe agerent cum eo iu/
Joh. 8. g. dei dicētes: Quinquaginta annos nondū
habes/ ꝛ abraā vidiſti? Reſpōdit eis: Amē
dico vobis: anteq abraā fieret ego ſū: Nō
dixit: melior ſum/ ſed ad interrogata reſpō
dit: q2 aň erat q putabant iudęi. Maledi/
ctū plane legis fotinus euadere nō pōt: q2
Al. † ponit in ſpem ſuā † habet i chriſto/ quē tm̄ hoiem di/
Hiere. 17. a. cit/ cū legat: Maledictus hō q ſpem habet
i hoie. Apls autē ſciēs chriſtū deū: ꝛ nō i p̄/
1. Cor. 15. c. ſenti ꝛ in futuro ſpem eſſe i eo ait: Si i hac
tm̄ vita inqt ſperātes ſum° i chriſto/ miſabi
liores ſumus omnib° hoibus. Non ꝗ homo
tm̄ eſt in q ſpem habere docemur: q2 vana
ſpes in hoie. Hęc diximus pauca de multis:
Sufficeret em̄ ſi bonę mentis eſſet fotino/
hoc ſolum qd poſtremū poſuimus.

Queſtio. 45. Quō itelligat qd dicit ſaluator:
Joh. 14. d. Pacē do vobis/ pacē meā relin/
quo vobis: Nō ſicut hic mūd° dat/
ego do vobis: Queſtio. XCII

Qui pacē ſuſcipit ſaluatoris/ inimi/
citiā ꝯtrahet mūdi. Niſi eni diſcor/
dauerit cū diabolo/ pacē nō habe/
bit cū chriſto. Nemo eni pōt duobus dñis Math. 6. c.
ſeruire. Hic ꝗ a mundo diſcordat/ q legi dei
fideliter ſeruit: chriſti pace munit°/ oim ad/
uerſariozꝫ cōprimit tela. Quis eni audeat
aduerſus eū quē ſcit regis amicum? Aliter
tñ mund° pacē dat q ſe ſaluator dare ꝓmi
ſit. Mund° em̄ aut metu dat pacē aut pcē:
Saluator xo cū ſit fortiſſimus oim: nullū
vtiq metuēs/ nō rogat° dat pacē. Saluato
ris ꝗ hęc pax eſt/ ꝗ idcirco dat/ vt munimē/
tū ſit ꝯtra hoſtes. Pax quidē vno noie ap/
pellatur: ſed longo iteruallo diſcernit/ dei
ꝛ mundi. Hęc eni fragilis eſt/ illa fortis: hęc
carnea/ illa ſpirital: hęc terrena illa cęleſtis:
hęc de neceſſitate/ illa de volūtate. Chriſt°
eni nullius egens/ pacem offert inualidis ꝛ
inermibus: dñs ſeruis/ bonus malis/ deus
hoib°. Recte ꝗ ait: Nō ſicut hic mūd° dat/ Joh. 14. d.
ego do vobis: hoc eni dicēs/ intelligi volu
it clęmentiā bonę volūtatis ſuę. Cum em̄
ois idcirco det pacē vt ꝓficiat ſibi: hic/ id ē
ſaluator/ ad hoc dat/ vt ꝓſit nō ſibi/ ſed eis
quib° dat. Aliter ergo mūd° dat pacē q de/
dit ſaluator: Et mūdi pax non docet bonā
vitā: non ſuadet ad patientiā: nō ꝓuocat
ad iuſticiā: non hortatur ad miſericordiā:
non ꝓmittit ęternā vitā. Quicūq em̄ accę
perit pacē chriſti/ alienus erit a vitijs hui°
mundi/ quę militant aduerſus animā.

Querendū an ſpm̄ ſctm̄ habue Queſtio. 40.
rint apoſtoli tpe illo cuꝫ fuerunt in
terra cū domino: Queſtio. XCIII.

Quia inter multa dicit euāgeliſta: A
Spūs nondū erat datus: q2 ieſus Joh. 7. f.
nondū fuerat glorificat°. Et i alio
loco: Si diligi tis me ait/ p̄cepta mea ſer/ Joh. 14. b.
uate: ꝛ ego rogabo patrē/ ꝛ aliū paracletū
dabit vobis/ vt vobiſcū ſit in ęternū/ ſpūm
veritatis/ quē mūdus nō poteſt accipere: q2
non vidit nec cognoſcit eū: vos videtis eū
ꝛ cognoſcitis/ quia apud vos manet/ ꝛ vo
biſcū eſt. Quid eſt hoc: negat datum ſpiri/
tū aň paſſionē: rogaturꝫ autē ſe ꝓmittit pa
trē vt mittat eū? Itē ſubiecit: q2 cum ipſis
erat/ et manebat apud eos. Legit poſt re/
ſurrectionē autem inſufflaſſe ꝛ dixiſſe eis:
Accipite ſpm̄ ſanctū. In pētecoſte autē de/ Joh. 20. e.
ſcēdiſſe legit ſpūſſanctus in aplos. Tātas Act. 2. a.

video ī hac cauſa pturbationes/ vt q̄d tenē-
dū ſit neſciā. In his oīb⁹ q̄ ppoſita ſūt non
vna ē cauſa. Breuit eñ ſingulaꝝ cauſaꝝ ſi-
gnificatę ſūt formę: q2 vnus q̄dē ē ſpūs/ ſ3
dona habet multa. Cū ğ legit/ ſpūſſāctus/
intelligi debet ⁊ ei⁹ officiū in q̄ ſit ſignifica-
tus: Nā ⁊ cū ī eis erat ⁊ vēturus erat/ nō ē
falſū: Sed ſi nō iſtud ad pſonā trahaſ/ ſ3 ad
naturā: Alteꝝ eñ venturū a patre pmiſit
chriſt⁹: vt q2 indifferēs eſt coꝝ diuinitas: ī
pñſentia chriſti nō puteſ abſens ſpūſſctūs: ⁊
in aduētu ⁊ ī apparētia ſpūſſcti pñſēs ęſtimeſ
chriſtus: Ideo cū vētuꝝ eū pmittat/ dicit:
Ioh.14.b. Vos videtis eū: q2 apud vos manet ⁊ vo
biſcū ē: Vt ſecuri eſſēt apl'i: q2 poſt aſcēſio
nē dñi non minorē aut degenerē ad tuitio-
nē habituri eſſent paſtorē aut regē: Nā nō
eſt dubiū nō datū eſſe credētibus ſpm̄/ niſi
ſicut euāgeliſta teſtaſ/ poſtq̄ deuicta mor-
te reſurgens clarificat⁹ ē dñs. Ipſi⁹ eñ triū-
Luc.1.a. phātis dñi v̄ba ſunt ⁊ dicētis: Quia iohā-
nes quidē baptiçauit aq̄: vos autē bapti-
çabimini ſpūſancto: quē ⁊ accępturi eſtis
nō poſt multos hos dies/ hoc tpe q̄ aſcen-
B dere ad patrē diſpoſuit interfat⁹ videſ. Il-
lud aūt q̄ inſufflaſſe ī diſcipulos dñs legi-
tur poſt dies paucos/ reſurrectionis ſuę et
Ioh.20.f. dixiſſe: Accipite ſpm̄ſanctū: eccl'iaſtica po-
teſtas collata intelligiſ eē. Quia eni oīa in
traditione dñica p ſpm̄ſctm̄ aguns: idcirco
cū regula eis ⁊ forma tradiſ hui⁹ diſciplinę/
dr eis: Accipite ſpm̄ſctm̄. Et q2 vere ad ius
eccl'iaſticū ptinet/ ſtati ſubiecit dicēs: Cui⁹
tenueritis pctā/ tenebūſ: ⁊ cui⁹ remiſeritis/
remittentur ei. Inſpiratio ğ hęc gr̄a quędā
eſt q̄ p traditionē infundiſ ordinatī/ p quā
cōmēdatiores habeātur. Vñ apl's dicit ad
1.timoth.4.d. timotheū: Noli inq̄t negligere gratiā q̄ eſt
in te: q̄ data ē tibi p impoſitionē manuū p̄-
ſbyteri. Semel ğ fieri oportuit/ vt de cęte-
ro traditio iſta nō ſine dono ſpūſſcti eē cre-
deretur. Sicut eñ in ſaluatore forma data
ē viſibiliſ/ vt poſt baptiſmū ſpūſanct⁹ cre-
dentib⁹ d cętero inuiſibiliter dari nō ambi
gereſ: Ita ⁊ ī ſupradicta cauſa forma data
eſt ī pñcipio/ vt ex eo traditioni eccl'iaſticę
ſpūſſctūs infuſus credaſ. Vt aūt apl'i pñſen
te dño v̄tutes facerēt/ poteſtas data ē ſic ⁊
Tres officiorum forme dono ſpūſſcti in apoſtolis. prius pphetis. Triū ğ officioꝝ formę doni
ſpūſſcti in apl'is ſūt oſtēſę: Quaꝝ pma eſt
hęc q̄ ad ius eccleſiaſticū ptinet ī regenerā-
dis vel cęteris officijs. Scda q̄ in penteco-
ſte data ē/ q̄ eſt generaſ: Non ſolum eni in
apl'os/ verūctiā in oēs decidit ſpūſſanctus
credētes. Tertia forma ē/ q̄ ſolis apl'is ɔceſ
ſa ē in ſignis ac v̄tutib⁹ faciēdis/ vſq3 dū fi-
dei ſemina iacerenſ ad cremētū. Semina
eni fidei ſunt v̄tutes per apl'os factę: Ipſi
eni antiſtites poſiti ſunt hui⁹ veritatis: q̄
p ſigna ⁊ pdigia non irrationabilē eſſe fidē
noſtrā teſtarētur. Nulla eñ pbatio maior
eſt veritatiſ q̄ virt⁹. Hęc eſt eñ q̄ oēm ter-
renā philoſophiā accuſat: q2 ſp ſoliſ verbis
ſtuduit/ nō habēs teſtimoniū v̄tutis q̄ ſta-
bile eſſe qd̄ v̄bis aſtructū erat/ demonſtra-
ret. Igitur ſpūſſanct⁹ generaliter ſemel da-
tur omnib⁹ credentibus/ p quē filij dei eſſe
pbentur dū manet in eis. In ſignis v̄o et
pdigijs faciēdis nō manet in hoīe: ſed vo-
catus aduenit aut ſuggerit neceſſaria ⁊ re-
cedit. Similiter ⁊ in traditione vel ordina-
tione de foris gratiā pręſtat/ tuitionē etiā
deferens deuotis fidei.

Querendū ē/ ſi iudas ſcariothes pditor dñi/ ante paſſionē ſaluatoris laqueo vitā finiuit: Queſtio (XCIIII. Queſtio.47.

A Tradito ſaluatore ⁊ illu-
t ceſcēte paraſceue/ oēs pñcipes ſa-
cerdotū ⁊ ſcribę ⁊ ſeniores ɔuene-
runt ī domū caiphę pontificis/ quo pducē-
dū ſciebant eſſe ieſum/ vt audirent eū. Hoc
matthęus ⁊ marcus euāgeliſtę teſtātur: et
nullū ex his ante pfectū impiū opus a do-
mo pñſidiſ abſceſſiſſe: Quippe cū omnis in- Ar. † pñcipis exiſſe.
ſtantia coꝝ ⁊ deuotio ad agendū paſcha
mors eſſet ſaluatoris. Occupatis ergo eis
ad necē dñi/ a mane vſq3 ad horā nonam/
quō iudas eis retuliſſet pciū ſanguinis qd̄
accęperat ante crucē dñi pbaſ: et dixiſſe illſ
in templo: Peccaui/ q̄ tradiderim ſangui- Ioh.27.a.
nē iuſtū: cū pſter vtiq3 oēs pñcipes ⁊ ſenio-
res ante paſſionē dñi nō fuiſſe in templo.
Quippe cū etiā in cruce poſito inſultarēt Ibidem.e.
ei. Non eñ inde pōt pbari: q2 ſi paſſionē
relatū ē/ cū ſint multa quę cū ante facta p-
benſ/ nouiſſima ordinātur. Et iterū qſi lo-
cus admittit/ vt qd̄ poſt factū eſt ante po-
natur: Nā manifeſtū eſt vtiq3 q̄nquageſi-
mū pſalmū anteriorē eſſe q̄ tertiū. Sic er-
go aliq̄ñ euenit vt anticipētur quę poſteri-
ora ſunt. Vnde et maria quę poſt reſurre- B
ctionē fratriſ ſui laçari/ ante ſex dies paſchę
in cęna vnguēto pedes dñi vnxiſſe pbeſ:
pp̄ter ſignificationē eius anticipatū ē ab

euāgeliſta dicēte inter cetera: Maria autē
erat īqt/ q̄ vnxit dn̄m vnguēto. Hoc refert
anteq̄ lazar⁹ moreref: qd̓ niſi poſtea factū
inuenirem⁹/ neſcirem⁹ q̄ tp̄e factū eēt. Sed
Matth.27.f. ne forte p⁹ nonā horā factū ſit: vt vidēs im
pius ꝛ crudeliſſim⁹ iudas occiſū ſaluatorē:
ꝛ ob hoc velū tēpli ſciſſū/ terrā tremuiſſe/ ſa
xa fiſſa/ elementa ꝯterrita: ipſo metu corre
ptus/ doluerit: nō neſcius iuſtū ſe tradidiſ
ſe: i cui⁹ paſſione ſic indignat⁹ ſit iudex de⁹.
Sed ꝛ p⁹ nonā horā occupati erāt/ ſic eſti
mo/ ſeniores ꝛ p̄ncipes ſacerdotū: Veſpere
eñ eadem die paſcha acturi erāt: ſabbato
aūt nūmos portare nō licebat ſm legē: ac p̄
hoc iprobabile ē apud me/ q̄ die/ imo q̄ tp̄e
laqueo vitā finierit iudas ſcariothes.

Queſtio.48. Vn̄ orta ſit obſeruatio pētecoſtes
vel qua ratione: Queſtio.XCV.

A Non ē ambiguum cūcta religionis
nr̄e vero teſtimonio roborari: ꝛ le
gis veteris p̄rogatiua ſignari. Oia
eñ p̄terita legis veteris in figura fidei nr̄e fu
ture geſta ꝛ deſignata noſcūf: vt verū nos
tenere nō ambigerem⁹: qn̄ ea q̄ nūc ꝛ audi
mus ꝛ credimus añ ſecula p̄deſtinata vide
mus: non ſolū vocib⁹/ verūetiā ſignoꝝ v̓
tutib⁹ cōmēdata. Sꝫ nūc illd̓ ē/ ſi eodē mō
vt deſignata ſunt a nobis intelligātur/ vt
dies pētecoſtes/ vñ ꝛ qua rōne tract⁹ ſit cō
grue dinoſcam⁹. Sc̄pture eñ dn̄ice ſenſus
ſuos ſollicitis ꝛ deuotis aperiūt/ negligen
tibus claudūt. Nec eñ par erat vt res que
meritis ac dignis reſeruate ſūt/ paſſim ab
omnib⁹ viderenf. Pentecoſte/ ꝫ q̄ q̄nq̄geſi
mus a paſcha computaf dies/ hāc habet ra
tionē: vt ſicut poſt hebdomadā dn̄icus di
es primus eſt/ in quo adimpletū eſt paſche
myſteriū in redemptionē ſalutis humane:
q2 ſemp̄ poſt curricula dierū ſeptē/ ad p̄mū
reuerti neceſſe ē: vt oſtēdatur etatē mundi
ſeptenario nūero ꝯſūmari: Jta ꝛ poſt heb
domadas ſeptē/ primus dies ē pentecoſte.
Pentecoſte cur ſit dominico die Deniq̄ nunq̄ alio die q̄ die dn̄ico pēteco
ſte eſt: vt totū quod ad ſalutē humanā p̄ti
net/ dn̄ico die ꝛ inchoatū ꝛ adimpletū no
ſcatur. Dominico eñ die factus eſt mun
dus: ꝛ poſt lapſum rurſus dominico die re
formatus: cuius reformationis figura da
ta eſt primū in circūciſione/ in qua future fi
dei ſignū fuit. Poſt hebdomadā eñ/ q̄ oc
tauus dictus ē/ p̄rim⁹ eſt in myſterio. Hec
eſt eñ dies quā fecit dn̄s. Vnū eñ diem fe
cit/ ex quo ceteri curricula ſortirētur: Ac p̄
hoc ip̄o die reſurrexit quē fecit: ꝛ ſm nume
rū ſupradicte rationis/ ipſo die ꝛ in monte
ſina legē dedit p̄ famulū ſuū moyſen: vt ſi
cut agn⁹ figura paſſionis dn̄i fuit in ſacra
mētū paſche: ita ꝛ legiſlatio euāgelice p̄di
cationis: q2 eodē die.i. pētecoſtes lex data
eſt/ quo ꝛ ſp̄ūſſctūs decidit i diſcipulos/ vt
auctoritatē caperēt/ ac ſcirēt euāgelicū ius
p̄dicare. Qd̓ factū duplici teſtimonio ꝯfir
maf: q2 ꝛ p̄deſtinatū oñdif: ꝛ māifeſte ſp̄ūs
ſcti infuſione diuinū et ſup̄celeſte ꝓbaf ad
legis nr̄e teſtimoniū p̄hibendū. Cū eñ inco
gnitis ſibi imperiti diuerſis linguis magna
lia dei loquūtur/ diuinit⁹ ſe inſpiratos oſtē
dunt. Filij ergo iſrael tertio die mēſis ter Exo.19.
tij data eſt lex p̄ moyſen: ſicut in libro exo
di ꝯtinetur: qui dies a quartadecima men
ſis p̄mi/ q̄ die factū ē paſcha in egypto/ q̄n
quageſim⁹ ē/ hoc ē pētecoſte. Vñ factū eſt/
vt ad legē fidei p̄dicandā in pētecoſte ſp̄ūs
ſanctus deſcēderet in ap̄los: vt geſta vete Act.2.a.
rū futuroꝝ imagines haberētur ad ſecuri
tatē fidei noſtre: q2 falſū videri non pōt qd̓
ab initio p̄dicatū ē. Jdeo remiſſionis ꝛ re
formationis tēpus in q̄nquageſimo pſal Ps.50.
mo deſcribif: vt eadē ꝓuidētia q̄nq̄geſime
diei q̄ ꝛ p̄mi ē ſciretur. Hinc factū ē vt ꝛ mā Exo.16.
na p̄mo die/ q̄ eſt dn̄icus/ e celo darcf popu
lo iudeoꝝ: qd̓ ita eſſe ſex dieꝝ ꝯtinuatio ꝓ
bat quib⁹ collegerūt: ꝛ ſeptimo die.i. ſabba
to q̄euerūt. Māna aūt typus ē eſce ſpirita
lis: que reſurrectionis dn̄i veritas facta eſt
in euchariſtie myſterio. Omnia itaq̄ geſta
ſunt/ vt ad cauſā p̄me reſurrectiōis incolu
mia reuertātur: ꝛ nō glorietur ſathanas/ ſ̄
hebeſcat: q̄ hoiem falſa ſpe deiecit: ne i hoc
maneret qd̓ factū eſt p̄ chriſtum dn̄m. Nūc B
ſup̄eſt vt ꝓbemus/ ſi ita intelligēda ſunt q̄
diximus/ vt ſupra memorauim⁹. Menſis Exo.12.
prim⁹ quo paſcha q̄rtadecima die celebra
tū eſt in egypto: hec dies quarta feria fuit:
Vñ et lex q̄rta feria data eſt. Qd̓ hinc daf
intelligi: quia q̄ntodecimo die mēſis ſecū
di ꝓfectionis filioꝝ iſrael ſabbatū videtur
fuiſſe: idcirco nō in die grex illis miſſus eſt Exo.16.
coturnicū/ ſed veſpere. Mane autē manna
pluit de celo/ id ē die dn̄ico: q̄ primus poſt
hebdomadā in repetitione inuenif. Deni
q̄ ſex diebus continuis māna collegerūt:
ſeptimo autē die qui eſt ſabbatū q̄euerūt.
Ab hoc ergo die vſq̄ ad tertij mēſis diem

tertiū quo lex data eſt: quere/ ⁊ inuenies q̄r
tā feriā fuiſſe q̄ñ lex data eſt. Sūt eni a q̄n
todecimo die mēſis ſecūdi/ q̄ñ ſabbatū fu
it: vſq̧ ad tertiū diē mēſis tertij q̄ lex data
eſt/ dies decē et nouē. Tene ergo hos decē
et nouē/ ⁊ redi ſupra quintūdecimū diē ſe
cundi menſis quo ſabbatū fuit/ qui a p̄mo
cōputatur quartuſdecim⁹: ⁊ pueni vſq̧ ad
diē p̄mū ſecūdi mēſis: ⁊ habebis alios q̄t
Ar. ⁊ viginti ſex — tuordecim: quos ſuplūge ad ⁊ decē ⁊ nouē
ſup̄ memoratos: ⁊ inuenies p̄mū diē mēſis
ſecundi ſabbatū fuiſſe. Supadde adhuc ad
caput p̄mi mēſis dies ſeptē et decē: q̄ pri
mi mēſis tredecim dies retrahēdi ſunt/ qui
añ paſcha fuerunt: Quartadecima eñi die
p̄mi mēſis paſcha factū ē. Retractis ḡ tre
decim/ ⁊ additi ſeptē ⁊ decē/ inuenies q̄rta
decima menſis p̄mi quartā feriā fuiſſe. Et
ne legēdi faſtidiū patiaris/ aut queſtionis
ſingula mēbra inſpicere/ curioſe do compē
diū: vt ⁊ d̄ numero dierū quot a paſcha vſ
q̧ ad datā legē ſunt certus ſis: ⁊ ab ipſo fa
cilius diſcas/ quota feria factū eſt paſcha.
Tertio die poſt ſecundū menſem lex data
eſt. Sūt ergo menſes duo et dies tres. Re
trahe ḡ de his tredecim dies q̄ añ paſcha
fuerūt: ⁊ reliq̄ erūt dies q̄nquaginta. Eñi
autē quarta feria data ē lex: hinc facile vi
detur/ manna p̄ma feria datū eſt: q̄ ↄtinu
is ſex diebus collegerūt/ que p̄ma feria ſe
xtodecimo die fuit mēſis ſcdi. Ab hac itaq̧
prima feria vſq̧ ad octauūdecimū diē quo
lex data eſt/ quartā feriā inuenies: A feria
ḡo quarta/ ſiue ante/ ſiue retro computes
in q̄nquageſimū diē/ quarta feria ē: Idcir
co q̄ quarta feria paſcha egerūt in egypto
iudei/ ⁊ quarta feria legē acceperūt: Quin
ta aūt feria ꝓfecti ſunt de egypto. Igit̄ de
dicatio legis eſt pentecoſte.

Queſtio. 49. **Querēdū ſi paſcha trāſit⁹ iterp̄tet̄ ſicut grecis videt̄: Queſtio. XCVI**

1. Cor. 5. c. — A apl's falli nō potuit q̄ ait: Paſ
a — cha noſtrū imolat⁹ ē chriſt⁹? Quod
nō ſuū vtiq̧ ſed legis ē v̄bū/ dicēte
Exo. 12. b. — moyſe: Et erit cū dicēt vobis filij veſtri: q̄
eſt deſeruitio hec? Et dicetis: Immolatio
hec paſcha dñi ē. Quid amplius ē neceſſa
riū ad teſtimoniū? Lex loq̄tur: apl's ꝓbat:
hoc ſupeſt vt ↄtradictor abijciat̄ vt putat̄.
Manifeſtū eſt eñi tranſitū poſt paſcha fu
iſſe. De ſanguine eñi imolati agni ſup po
ſtes oſtij/ et ſup limen poſuerūt: vt tranſi
eñs nocte angelus/ non pcuteret domū in
qua ſignū ſāguinis eſſet. Sanguis igit̄ ſa
lutē preſtitit/ non tranſitus: q̄ vt trāſitus
non noceret/ obſtitit ſanguis.

Qua rōne rñderi poſſit arrij ipie tati ſil'r ex lege: Queſtio. XVCII. Queſtio. 50.

I rōni fides cōmodetur/ ipa noim
ſ — ratio patris ⁊ filij oſtēderet vnita
tē. Si q̄ris quō? Nō eñi ver⁹ dei fi
lius diceret̄/ niſi extitiſſet de ſubſtantia dei
patris: Nec eñi pateret̄ ꝟitas ⁊ iuſticia dei
verū dicere filiū ſi de ipſo nō eſſet. Non eſt
eñi verus dei filius ſi de ipſo nō ē: Sed ſcri
ptura dicit: ver⁹ eſt: ḡ de ipſo ē. Qui eñi ne
gat de deo natū chriſtū/ ſcp̄ture calūniā fa
cit: q̄ ideo illū dicit verū dei filiū/ vt ſignifi
cet de deo hunc natū. Si eñi nō ē de deo/ ⁊
verus filius dei dicit̄ fallax ē ſcp̄tura. Q̄ ſi
ſcp̄tura nō fallit: q̄ chriſtū nō fatet̄ extitiſſe
de deo/ ⁊ ſcripturā euacuat/ ⁊ chriſtū negat
vere filiū dei. Non eñi volūtas verū filiū
facit/ ſed natiuitas. Sȝ potētie inquiūt dei
hoc ſubeſt/ vt falſa faciat vera: Immo po
tētia dei hec eſt: vñ ⁊ omni laude dign⁹ eſt:
q̄ verū apud illū verū eſt/ ⁊ falſum falſum
eſt. Nam ſi iſtud mendacis eſt/ vt falſū di
cat verū: quod deo nō competit: Nā oia
quidē pōt deus: ſed nō facit/ niſi quod cō
ueniat veritati eius atq̧ iuſticie. Manife
ſtū igitur eſt idcirco verū dici filiū dei chri
ſtū/ vt ꝓprius/ id ē de ſubſtātia eius natus
intelligatur. Unde inquit apl's: Qui pro Roma. 8. f.
prio filio ſuo nō pepcit. Et in alia epiſtola:
Qui cum in forma dei eſſet/ non rapinā ar Phil. 2. a.
bitratus eſt eſſe ſe equalē deo. Si ergo non
rapinā arbitratus eſt/ dicēs ſe parem deo:
verū ſe filiū dei demōſtrauit. Deo eñi par
eſſe nō poterat/ niſi eſſet de ip̄o. Pares eñi
hi ſunt/ qui aut ambo veri ſunt/ aut ambo
falſi. Nec eñi paritatē recipit ceptū ⁊ eter
nū aut vnitatē. Unū eñi ſe eſſe dicēdo chri
ſtus cū patre/ parē ſe deo fecit. Non ſolum Ioh. 5. c.
eñi inquit ſoluebat ſabbatū/ ſed ⁊ patrē ſu
um dicebat deū/ equalē ſe faciēs deo/ hoc
eſt parem: Nōne manifeſtū eſt equalitatē
hanc de ꝓprietate natiuitatis deſcendere:
ꝓpriū eñi ſe. i. verū/ dicens dei filiū/ equalē
ſe faciebat deo? Hinc eſt vñ dicit: Qui vi Ioh. 14. b.
det me/ videt et patrem meū. Per illud eñ
q̄ ↄſubſtantij ſunt/ q̄ vnū videt ambos vi
det. Sicut eñi habet pater vitā i ſemetip̄o/ Ioh. 5. e.
ſic dedit ⁊ filio hr̄e vitā i ſemetipſo: hoc ē

ęqualē ſibi genuit filiū pater: Et oīa ꝙ pa/
tris ſunt/filij ſunt: et ꝙ ſunt filij/patri ſunt:
⁊ nemo pōt quicꝙ rapere de manu patris
neqꝫ ꝺ manu filij. Et ſubiecit: Ego ⁊ pater
vnū ſumus. Et verba ꝙ inquit loquoꝛ vo/
bis/a meipſo nō loquoꝛ: pater autē manēs
in me ipſe loquitur: et opa ꝙ facio/ipſe facit.
Credite mihi/qꝛ ego ī patre ⁊ pater ī me ē:
alioqn vł ꝓpter opa ipſa credite. Quia eñ
generatio a ſemetipſa nō eſt/ſed ab eo qui
genuit/idcirco qcqd facit/factū dicit patri:
vt ꝑ hęc oīa illud firmet: Quia ideo verus
dicit filius dei chriſt⁹/vt de ipſo nat⁹ creda
tur/ne ⁊ ſubſtātia ei⁹ extra vni⁹ dei naturā
exiſtimaret. Humilitas ꝙ ei⁹ maxima exal/
tatio ē: Cū eñ videt ſe ſbijcere dicēs: Uer/
ba ꝙ loquoꝛ vobis a meipſo nō loquoꝛ: pa
ter eni manēs in me ipſe loquit: ⁊ opa quę
ego facio ipſe fac: probat ſe originē a deo
habere: ⁊ ꝟtutē eius ſe eſſe oñdit: dū nō qꝺ
eſt a ſemetipſo eſſe ſe dicit ſe ab ipſo. Per
hoc eñ cōmendat chriſt⁹/nō inclinat. Qui
B eñ a ſe loquit/verus filius nō ē. Uides er/
go qꝛ arrij inde male intelligūt chriſtū/ vñ
bñ intelligēdus eſt: ⁊ inde illū improbant
⁊ falſum dicunt/vnde verus dei eſſe filius
approbatur: Nā clarificandū ſe a patre po/
Al. † quem ſtulat: ⁊ clarificare ſe patrem †qm̄ petit/ ꝑ/
mittit: ⁊ vbi ſe hūiliare videt/exaltat. Pa/
ter eni cū teſtimoniū dat filio ſuo/ laudem
ſuā teſtatur: Filius vero cū pꝛędicat patrē/
gloꝛiā ſuā manifeſtat: Magnificentia eñ
⁊ nobilitas patris/ generoſitas eſt veri fi/
lij. Ideo quicquid patris dicit eſſe/eſt et fi/
lij ſine dubio: ⁊ quod filij dicit eſſe/eſt ⁊ pa
tris. Nam qui ſpiritus dicit dei/idē ſpirit⁹
dicit ⁊ chriſti. Eccleſia dicit dei/dicit ⁊ chri/
ſti. Adoꝛatur deus/adoꝛatur ⁊ chriſt⁹. Ser/
uitur deo/ſeruitur ⁊ chriſto. Sancti dicun/
tur ſacerdotes dei/ dicuntur et ſacerdotes
chriſti. Templū ciuitatis ſanctę dicit dei/
ſimiliter et chriſti. Lumine dei illuſtrari di/
cit ciuitas ſancta/eodē modo ⁊ chriſti. Se/
des dei eſt/nec nō ⁊ chriſti. Iudex deus ē/ē
Eſaie. 6. a. et chriſtus: Quia eſaias ꝓpheta in thꝛono
maieſtatis chriſtū vidit ſedentē dñm ſaba
oth: quod arrij nō negant. De deo patre le
1. timoth. 6. c. gitur/ ꝙ rex regū ſit et dñs dominoꝝ: eadē
Apocal. 19. c. ⁊ de chriſto filio dei vero. Sic vbiqꝫ diuini
tate exęquātur/pater ⁊ filius: vt vnius dei
modū non egrediat numerus ꝑſonaꝝ. In/
ter patrē aūt ⁊ filium nihil intereſt niſi hoc

ſolum: quia pater ingenitus ē/filius ꝟo ge
nitus. i. pater a nullo eſt/filius aūt ꝺ patre:
quod quidē ſublime ē in filio. Hinc eñ ad/
diſcit nobilitas eius ęternitatis: Et qꝛ ve/
rus filius eſt veri patris. Uñ ē eñ illud qꝺ
legitur in geneſi dicēte deo: Faciamus ho Geñ. 1. d.
minē ad imaginē ⁊ ſilitudinē noſtrā. Itaqꝫ
ſi imago eoꝝ ⁊ ſimilitudo vna ē/quomodo
nō vnū ſunt ⁊ natura? In ſpiritalibus eñ/
vbi vtriqꝫ non ſunt figurę: ſimile nō erit ali
quid niſi ꝑ ſubſtantiā: vt vbi duoꝝ imago
vna eſt/quō non eoꝝ vna erit ſubſtantia?
Idcirco eni imaginē eoꝝ ⁊ ſilitudinē vnā
eſſe legimus/vt eoꝝ vnū nihil differre ab
altero crederemus: hoc ē/veꝝ dei filiū eſſe
chriſtū: qꝛ non eſt diſpar a generāte natiui
tas. Deniqꝫ iudęi intelligētes/qꝛ ꝓpꝛiū ſibi
patrē dicebat deū/dicūt ad pilatū: Nos le Ioh. 19. b.
gem habemus/ ⁊ ſm legē debet moꝛi: quia
filiū dei ſe fecit. Iudęi intellexerūt/ ⁊ chriſti
ani ſe dicūt nō itelligere: q nō credebāt/in
telligebāt: ⁊ q ſe dicūt credere/faciūt ne in
telligant. Uel hoc ſaltē admitterent qꝺ ꝓ/
pheta eſaias: vt chriſtū nō a ſemetipſo qui/
dem/ſed de deo deum eſſe ſignificaret/ in/
ter cętera ait: Poſt te ſequētur alligati vin Eſaie. 45. c.
culis/ ⁊ adoꝛabunt te/et te depꝛecabuntur:
quoniā in te eſt deus: et nō eſt deus pꝛęter
te: Tu eñ es deus/ ⁊ neſciebam⁹: de⁹ iſra/
el ſaluatoꝛ. Quātū ad bonā mentē ptinet/
hęc manifeſta ſunt. His eñ ⁊ pater in filio
eſſe pꝛobatur: et filius deus eiuſdem ſub/
ſtantię qua pater eſt ſignificatur: In quo
eñ deus eſt/ ⁊ pꝛęter ipſum deus non eſt/ ⁊
ipſe deus eſt: quid aliud poterit dici/ꝙ hoc
quod pater eſt deus: et nec differre in ali/
quo: Hoc eſt eñ duos eſſe vnum: In ipſo
eñ deus eſt: quia ꝗuis deus ſit: nō tamen
ex ſe deus eſt: Eſt eni a patre/quia filius ē:
Pꝛęter ipſum autē non ē deus: quia vnic⁹
patris filius eſt. Ipſe autem eſt deus: quia
vna atqꝫ eadē ſubſtantia dei et chriſti eſt.
Nihil igitur ambiguitatis relinquitur/ vt C
patris ⁊ filij vna eſſe credatur ſubſtantia.
Uerus eñ filius et veri patris ē. Tale eñ
etiā illud hieremię ꝓphetę eſt: dicit eñ in/
ter alia: Hic deus noſter/ ⁊ nō ęſtimabit al/ Baruch. 3. d.
ter ad eū: hic adinuenit omnē viā ſcientię:
⁊ dedit eā iacob puero ſuo/ ⁊ iſrael dilecto
ſibi. Poſt hęc in terris viſus eſt: ⁊ inter ho/
mines ꝯuerſatus eſt. Nūquid ꝺ degenere
pōt dici/ ad quē alius nō pōt ęſtimari: aut

aliꝰ deus ꝙ pater eſt poterit dici/ vt deo ꝓ-
ficiat ad iniuriaȝ patris? Si eni ęſtimari ad
eū alter deus nō poteſt: ⁊ abſq; deo patre
eſt: videte an debeat dici id qđ ſeqtur: pe-
riculoſum eſt eni: Maior eni patre dicet.
Putātes eni ſe deo patri deferre/ ſi ab eo fi
liū ſegregent/ derogāt ei: vt quē minorem
volunt facere: impia obcęcati mente/ ꝓpo-
nāt eū illi cuiꝰ auctoritati inclinandū hunc
putāt. Scptura aūt vt nihil filiū a patre dif
ferre doceret (differret autē ſi nō eſſet verꝰ)
aliū nullū dicit ęſtimādū ad eum: qꝛ nulla
alia ſubſtātia poterit ſimilis repiri ſubſtan
tię dei/ quę ē ⁊ chriſti. Aliter ſiquidē chriſtū
de deo eſſe docere nō poterat/ ꝙ vt nullū
diceret aliū ęſtimandū ad eum. Sciens eni
deo patri nullo mō dici poſſe ſubiectū filiū
eius/ vt hinc patrē eſſe oſtēderet: Non ęſti
mabitur īquit alter ad eū: quia patri deo/
qm̄ deus ē/ ęqualis eſt: verꝰ eni eius filius
eſt. Igitur ꝓpheta ait: Hic ē deus: Nō/ hic
eſt deꝰ iſrael. Si hic eſt/ ipſe eſt deus vnus.
Deut.6.a. De iſto eīn dicit ſcriptura: Audi iſrael: dn̄s
deus tuus, deus vnus ē: ⁊ certe nō ē hic pa
ter/ ſed ⁊ filius eius. Vides ergo nō ꝑiudi-
care vni deo pſonā filij/ ſi ⁊ ipē vnus deus
dicatur: Quippe cū hoc ſcriptura teſtetur:
Vn̄ hoc/ niſi quia vnū ſunt pater et filius:
quia nō perſonis ſignificatur vnitas/ ſed
natura: nō ſubſtātia duo ſūt/ ſed vnū: nec
duo diuinitate/ ſed vnus deus: vt ſiue loq̄
tur pater/ ſiue loq̄tur filius/ vnus deus lo-
cutus dicatur. Nam ſi ipſe dn̄s inter cęte-
Gen.2.d. ra đ mare ⁊ fęmina: Iā non ſunt indē duo/
ſed vna caro: quāto magis pater ⁊ filꝰ non
duo dij ſunt/ ſed vna ſubſtātia. Vt autem
duo dicātur pater ⁊ filius/ cauſa ē natiuita
tis: Ne autē iterū duo dij ſint/ cauſa eſt vni
tas diuinitatꝭ. Qua tamē hebetudine chri
ſtum creatū/ id eſt factū prędicant: cū legat
Joh.1.a. nihil deum ſine chriſto feciſſe? Si ergo ſine
illo nihil factū eſt/ non erit ipſe factura. Si
eni factura eſt/ factum eſt aliquid ſine ipſo.
Sed abſit: quia nihil ſine illo: Natus eīn đ
deo nō eſſe cępit/ ſed ſemꝑ extitit. Natiui-
tas eni nihil eſt aliud ꝙ exitio: Exitio autē
manifeſtatio eſt: Itaq; nō factus/ ſed edi-
tus eſt. Vt eni chriſtꝰ de eſſentia dei exijſſe
vel proceſſiſſe ſignificaretur/ exitio eius na
tiuitas appellata eſt: vt qꝛ non diſpar eſt
a genitore natiuitas/ cōſubſtātiuꝰ eſſe deo
chriſtus nō ambigeretur: Et mēs illa quę
ait: Erat quando nō erat/ damnaret: quia
nō poteſt aliqn̄ non fuiſſe: qui vt apud de-
um ſemꝑ fuiſſe ſignificaret/ de deo legitur
ꝓceſſiſſe. Nemo eni de deo ꝓceſſit vbi non
fuit. Solent quippe arrij ſic interp̄tari de
filio dei dicentes: Ideo verus dei filꝰ chri D
ſtus dicit: quia ſic illum fecit vt verus ſit:
quaſi ſit aliquid † falſum qđ faciat deꝰ deū. Al. † quod falſum faciat deꝰ
Et illa omnia quę ſupra diximus đ vnita-
te patris et filij: quid erat/ cum ſic robora-
ta ſint ⁊ firmata: ſi hic aliter ſentiendum
putauit: multa poterunt diuinis ſolida-
ta oraculis vnius conuelli degeneris teſti-
monio: Amputandū eſt tamen/ ne ſibi vel
de eo ipſo blandiat iniquitas. Igit ſic in-
quit: Illum fecit vt verus ſit: vt voluntas
ceſſerit ꝓ natiuitate/ ⁊ factura ꝓ generati-
one. Tantū eni dandū eſt inquiūt potētię
dei/ vt poſſit facere quę nō ſunt tanꝙ quę
ſunt. Quoniaȝ ergo hac aſtutię calliditate
nituntur contra filiū dei/ ex hiſ ipſis de qui
bus pręſumūt: quia i reliquis ſunt conui-
cti: Reſpōdendū eſt eis/ vt iā tota ſumma
cuicti appareāt. Propoſitio eni hęc quan-
tum ad ſenſum ꝑtinet/ nullius momēti eſt:
quantū autē ad verba/ caliginē facit ne ci-
to appareat. Sic eſt eni ac ſi ęgyptius po-
ſitus i obſcuro: quia cauſa mala bono ſen-
ſu defendi non poteſt. Ad impietatē ergo
defendendā ſacrilegis verbis vtuntur. Si
itaq; hęc potentia dei vt verū faceret chri-
ſtum eſſe filiū ſibi/ cum de ipſo nō eſſet na-
tus: ergo talē illū fecit q̄lis ipſe eſt: vt hoc
pręſtiterit factura/ quod datura erat gene
ratio. Si ergo nihil intereſſe dicitis inter
deū ⁊ chriſtū: poterit forte putari/ quia nō
hoc malicioſe a vobis aſſerit: vt quod in
voce dicit/ hoc ſit et in ſenſu: Vt quia ve-
rus dicitur filꝰ/ verus ſentiatur ꝑ id quod
vnius ſubſtantię eſt cū patre: licet nō per
generationē/ ſed ꝑ facturam: quia totū po
teſt deus (ſicut dicitis) vt factū ſic ſit qua-
ſi infectū. Si autem rationis lineā ſequen
tes non poſſe dicitis quod initio contine-
tur/ ęquale eſſe et conſubſtantiuȝ cum eo
qđ ęternū ē: Reuelatꝭ dolū malicię veſtrę
qꝛ vt ſenſum verbi eludatis/ falſa voce chri
ſtū verū eſſe filiū dei dicitis: negātes ei qꝛ
ęqualis ē deo patri. Non eni verus ē ſi in-
ęq̄lis. Nūquid poterit verꝰ dici filius/ ſi nō
verus dicat ⁊ pater? Si eīn verus ē filius/
erit verus et pater: quā veritatē ęqualitas

facit. Qȝ ſi diſpares ſunt/ neuter eoꝝ ve-
rus ē. Sed quoniā ſcripturarū teſtimoniū
irritum fieri nō poteſt/ quo chꝛiſtus verus
dei filius appꝛobatur: de deo patre natus
credēdus eſt: quia vt veritas hęc firmare-
tur/ ⁊ par deo ⁊ ęqualis legiť. At tu qui po
At. † ineffabi- lem. tentiā dei † ineſtimabilē pꝛędicaſ/ aiſ: Deus
generare non poteſt: quia ſimplex natura
ē: Per qđ etiā ipſi deo patri contumeliā fa
cis. Mendacē eñ iſtū dicis/ vt filium quē
ille ſuum ⁊ verum aſſerit/ deneges: ⁊ tuam
hypocriſim detegas: quia falſo potētē de-
um ꝑdicas. Si eñ potentiā dei in id quod
verum ex falſo factum aſſeris/ pꝛędicas: vt
quod vere verum eſt illudas: quanto ma-
gis hoc amplecti deberes/ ſi bonę mentis
eſſes: ꝑ quod verum quod diciť/ verum ꝓ-
batur: ⁊ teſtimoniū quod deus pater de fi-
lio ſuo dedit/ verum firmareť: Nam domi-
Matth. 19. d. nus ait: Apud deū autē inquit omnia poſ
ſibilia: vt quicquid hominibus impoſſibi-
le videtur/ deo poſſibile ſit: Nā ſi ratio car
Jone. 2. nis reſpiciatur/ nec virgo peperit: nec ionas
in vētre ceti vixit: nec moꝛtui reſurgēt: nec
deus filiū genuit: quia ſimplex natura nō
pōt generare: qȝ nihil ſine cōmixtione ge-
neratur in hoc mundo. Hęc omnia aut ſi-
mul credenda ſunt/ aut ſimul refellēda. Si
eñ ratio mundi tenēda eſt: ī his omnibus
debet auctoꝛitatē habere. Qȝ ſi aliq̄ ratio
ſpiritaliū eſt: carnalis dicēdus ē/ qui mūdi
ratione infectus/ negat aliter quid fieri q̄
E nouit. Aliud iterū aſſolent ſua tergiuerſa-
tiōe ꝓponere. Aiūt eñ: Utrū volūtate pa
ter genuit filiū/ an non? Ut cū audiūt vtri-
q̄ ꝙ volūtate: ſtati vt inimici dei filij reſpō
deāt: Ergo voluntas añ filiū eſt: vt ex hoc
nō ęternus appareat/ ꝙ non vtiq̄ ꝑ natiui-
tatē initiuꝫ accęperit/ ſed extiterit: Et tñ ſi
hoc putant: non ſolum añ filiū erit volun-
tas/ ſed ⁊ ante patrē: quia cauſa generati-
onis pater ⁊ filius ē: Infidelitas carnales
ſenſus ſequiť in omnibus. Sic eñ inducit
cauſam dei q̄ſi hominis: vt añ deliberaue-
rit ⁊ excogitauerit vt generaret/ quaſi infir
mitati ſubiectus: cū in deo neq̄ generatio
ſine voluntate fuerit/ neq̄ volūtas ſine ge
neratione. Ipſa eni voluntas generatio ē.
Nam vtriq̄ cōmune dictū eſt: Fecit deus/
fecit hō: ſed aliter facit de⁹/ aliter facit hō:
ita ⁊ in cęteris cauſis: Sic eñ de deo dicē-
dum eſt/ vt dignū eſt ei. Solēt eni etiā ipſi

de deo patre aliā facere quęſtionē dicētes:
Acceſſit illi vt generaret: aut eius naturę ē
vt ſemꝑ generet. Qđ ideo aſſerūt/ vt ⁊ de-
um mendacē aſſerant/ q̄ ſe chꝛiſtū generaſ-
ſe teſtať: ⁊ chꝛiſtū nō verū/ ſed adoptiuū fa
ciant. Si eni generauit inquiunt/ ſemꝑ de-
bet generare: vt qȝ ſemꝑ generat/ nec chꝛi-
ſtū genuiſſe credať: quaſi nondū negeť fe-
ciſſe/ qȝ alios nō facit. Quę irreuerentia/ q̄
indiſciplinatio eſt legē deo ponere: vt ſi ge
nuit: aut multos genuit/ aut vnū generare
nō potuit: nec ipſi dño credētes/ q̄ ſe vnicū
dei filium ꝓteſtatus ē. Poſt hęc quę ſupꝛa
oſtenſa ſunt ęqualia patri ⁊ filio: videam⁹
an his ꝯcoꝛdāt q̄ de ſpūſancto ſcp̄ta ſunt:
vt trinitas quā ī ſalutari ꝓfeſſione retine-
mus/ non recipiat diſcrepātiā naturę/ quō
nō habeat fidei diuerſitatē. Qñ eñ ſal⁹ ſi-
ne aliquo ex his non ē vna coꝝ: tamen vi-
detur poteſtas quę in ſe credētibus dat ſa
lutē. Quoniā ad teſtimoniū filij verba pa F
tris ꝓtulimus: nūc ad teſtimoniū ſpūſſācti
ꝟbis vtamur filij: quib⁹ nō differri a ſe ſpi
ritūſanctū ꝓteſtať: vt cū filio pater/ ⁊ filius
ſpūiſancto teſtis eſt: vnius eſſe naturę tri-
nitas intelligať. Dicit ḡ inter cętera dñs:
Rogabo patrē/ ⁊ aliū paracletū dabit vo- Joh. 14. b.
bis: vt vobiſcū ſit in ęternū/ ſpiritū verita-
tis. Cū alium paracletū mittendū dicit/ ſe
vtiq̄ paracletū ꝓbat: Nam ⁊ legitur ī epi-
ſtola iohannis. Dicit eni: Habemus aduo 1. Joh. 2. a.
catū apud patrē ieſuꝫ chꝛiſtū/ qui exoꝛat ꝓ
peccatis noſtri. Et iterū dicit dñs: Ego ſū Joh. 14. a.
veritas: Ecce aperta vnitas ſpūſſancti ⁊ fi
lij dei. Quę eñ de ſe loqť fili⁹/ eadē loqť ⁊
de ſpūſancto. Nunc ſubijciēda ſunt quę in
hmōi ſenſum oꝛdinat ſcp̄tura. Legitur in
eſaia/ ꝙ dñm ſabaoth viderit ī throno ma Eſaie. 6. a.
ieſtatis ſedentē: quem iohānes euāgeliſta
chꝛiſtū eſſe intellexit dicens inter alia: Hęc Joh. 12. f.
dicit eſaias quādo vidit maieſtatē eius: et
locutus eſt de eo. Hunc apoſtolus ſanctū
dicit eſſe ſpiritū. Ait eni in nouiſſima par-
te actuū apoſtoloꝝ: Bene locutus eſt ſpiri Act. 28. f.
tuſſanctus ad patres veſtros dicēs: Aure
audietis ⁊ non intelligetis ⁊c. Hęc verba a
dño ſabaoth dicta ſunt. Hic ē vnus deus
qui ſiue pater intelligatur/ ſiue fili⁹ ſiue ſpi
rituſſanctus/ non ē ꝯtrariū: quia vna eoꝝ
diuinitas ⁊ vna poteſtas ē. Nam ſi in vni⁹
ꝑfecti ꝑtoꝛio ꝓgrāmate etiā cęteri ꝑfecti
iubere diciť ꝓpť auctoꝛitatem vni⁹ ꝓtāſa

quãto magis ĩ vnius dei imperio/ ſi locutus
vnus e tribus fuerit: nõ incongrue dicẽtur
tres locuti: Eſt eñ coꝝ natura et voluntas
b vna. Solent iterũ ꝑiudicare ſpũiſancto: q
ſõ degener intelligatur/ q: ĩ ordine tertius
ponitur/ cũ tanta ſimplicitas ſit in ſcriptu-
ris diuinis/ vt aliqñ inuenias tertiuz ꝑmũ
poſitũ. Ut eñ cauſa ſe tulerit/ ſic ⁊ ponũt:
Nullius eñ iniuria eſt: q: vna coꝝ diuini-
tas ẽ. Deniq: legimus in eſaia dicẽte dño:
Eſaie.48.c. Ego ſum primus/ ⁊ ego in ęternũ: et manus
mea fũdauit terrã: ⁊ dextera mea ſolidauit
cęlũ: Et ĩ ſubiect: Ego locutus ſũ/ ego voca-
ui/ ego adduxi eũ: et ꝓſpeꝝ iter eius feci: ac-
cedite ad me ⁊ audite hęc: Nõ ĩ occlto ab ĩ
itio locutus ſũ: Cũ fierẽt/ illic erã: et nũc dñs
miſit me ⁊ ſpũs eius: Quẽ vis eſſe q̃ fũdauit
terrã? Ipſe eñ dicit ſe miſſũ eſſe: Nũq̃d pa-
trẽ? Abſit. Filius ẽ ẽ q̃ ſe miſſũ dicit a deo ⁊
ſpũſctõ. Ecce paria ſunt inter filiũ ⁊ ſpm̃ſã-
ctuz. Sicut eñ a patre ⁊ filio miſſus legit
ſpũſſanctus: ita ⁊ a deo et ſpũſancto miſſus
eſt chriſtus. Hoc eñ ſolius patris peculia-
re ẽ/ ne miſſus dicatur. Accipe dicta aplĩ/ q̃
alio ordine cõplectitur trinitatẽ. Dicit eñ
inter cętera ĩ epl'a ad theſſalonicẽſes ſecũ-
2.theſſal.3.a. da: Dñs dirigat corda vr̃a ĩ charitate dei ⁊
ĩ patiẽtia chriſti: Quẽ putaſ dicit dñm/ ni-
ſi ſpũmſanctũ? Et quid mirũ cũ quẽ in thro-
no maieſtatis ſedentem eſaias viderit: hic
ipſũ dicat ſpũmſanctũ dñm ſabaoth/ ſicut
ſupra oſtẽdimus. Et iohãnes apl's deũ itel-
ligi in ſpũſctõ ſignificat inter cętera dicẽs:
1.Ioh.4.c. In hoc cognoſcimus/ q: deus ĩ nobis manet:
de ſpũſancto quẽ dedit nobis. Si ẽ p ſpiri-
tum ſuũ ipſe in nobis manet: nõ ambigit
de deo eſſe ſpiritũſctm̃. Et nec dubiũ ẽ: q:
qd de deo ẽ/ deus ẽ. Hinc ẽ vñ apl's dicit: Ne-
1.Cor.2.c. mo ſcit q̃ ſũt in deo/ niſi ſpũs dei: Quõ po-
teſt ſcire q̃ in deo ſunt/ niſi ſit eiuſdẽ diuini-
tatis? Inferior eñ natura non poteſt ſcire
quid ſit in potẽtiore: quanto magis creatu-
ra quid in conditore ſuo eſſet/ ſcire nõ pote-
1.Cor.12.a. rat. Et ad corinthios in epl'a ꝑma/ ꝑterito
ordine qui in traditione fidei eſt/ a ſpiritu-
ſancto incipit gratiarũ ⁊ myſterioꝝ memo-
rare operationes: ⁊ ſubiungit/ dñm ieſum: et
tertiũ ponit deum: quẽ ⁊ in ſpũſancto ⁊ in
Ioh.14.b. dño dicit opari: ſicut ait ⁊ dñs: Pater ma-
nens in me/ ipſe operatur. Per id eñ qd de
deo patre eſt/ ⁊ ſpũſſanctus ⁊ chriſtus ope-
ratio eorũ opus eſt dei. Deniq: ſpũmſan-

ctum idẽ dicit ⁊ deum/ ꝓpter vnitatẽ natu-
rę. Cũ ergo hoc loco idem deũ qui eſt ⁊ do-
minus/ dicat opari omnia ĩ omnibus: inferi-
us ſic ↄcludit dicens: Omnia aũt hęc ope- 1.Cor.12.b.
ratur vnus atq: idẽ ſpũs/ diuidens vnicui-
q: ꝓut vult. Quid tam apertũ tres vnius b
eſſe operationis: quia operãte vno opari di-
cũtur tres: Quare/ niſi q: vnius ſũt diuinita-
tis? Nã non eſt ambiguũ donũ gratiaꝝ ꝓ-
prie ſpũmſãctũ opari. Sed vt deũ ⁊ dñm ⁊
ſpiritũſanctũ vnũ eſſe ꝓpter naturę indif-
ferentiã doceret opus/ ſpũſſcti trĩũ eſſe opus
oſtẽdit. Et vt manifeſtaret q: ſolius (q̃ntũ
ad pſonaz ptinet) ſpũſſancti opus eſt: Hęc
aũt omnia inquit operatur vnus atq: idẽ ſpiri-
tus/ diuidens vnicuiq: ꝓut vult: Ideo/ ꝓ-
ut vult: quia volũtas eius volũtas ẽ dei.
Non eni dicit/ ꝓut vult deus/ ſed ꝓut vult
ſpiritus. Creatura eni cogit ſe vt dei faciat
voluntatẽ: Spũs autẽ ſanctus naturali-
ter hoc vult. Ut autẽ aperte luceat/ q: oĩa
ſpũſſanctus operat: dicit dñs inter cętera:
Si eñ ego in digito dei eijcio dęmonia ⁊c. Luce.11.c.
Digitũ dei appellat ſpũmſctm̃: vt ꝓbet illũ
de deo eſſe. Deniq: iudęos qui eũ in beel-
zebub ꝑncipe dęmoniorum eijcere dęmo-
nia dicebãt: ĩ ſpm̃ſanctũ blaſphemaſſe te-
ſtatus eſt. Moyſes quoq: q: p ſpũmſanctũ
ſigna faciebat: ↄfitẽtur magi dicẽtes: Digi- Exo.8.c.
tus dei hic eſt. Nã in actibus aplõꝝ legimus:
Deſeruiẽtibus aũt eis ⁊ ieiunãtibus dño/ dixit
ſpũſſanctus: Segregate mihi barnabã ⁊ ſau- Act.13.a.
lũ ad opus ad qd vocaui eos. Ecce ſeruitur
dño: ⁊ h ſpũſſctũs ſibi vẽdicat. Uñ manife-
ſte apparet hũc eẽ dñm ſic ⁊ deũ patrẽ. Et Act.9.a.
ſaulum chriſtus de cęlo vocauit/ ⁊ miſit ꝑ-
dicare: Et hoc ſiñ mõ ſibi vẽdicat ſpũſſan-
ctus dicẽdo: ad opus ad qd vocaui eos: Nã ne-
mo ignorat epõs ſaluatorẽ eccleſijs inſtitu-
iſſe. Ipſe eñ priuſq: in cęlos aſcẽderet/ im-
ponẽs manum aplĩs ordinauit eos epõs.
Hoc apl's ſpiritui ſancto deputat cũ dicit:
Attendite vobis et omni gregi/ ĩ quo vos Act.20.f.
ſpũſſanctus poſuit epõs regere eccleſiam
dñi ieſu. Et inter cętera dicit petrus ad ana-
niã: Anania/ cur repleuit ſathanas cor tu- Act.5.a.
um vt mẽtireris ſpũiſctõ? Et infra: Nõ es
eñ inq̃t hoĩbus/ ſed deo mẽtitus: Apertũ ẽ
ſpũmſanctũ dictũ deũ/ cui mẽtitus anani-
as deo mẽtitus dicit. Q: ſi ſpm̃ſãctũ minie
voluiſſet deũ intelligere/ dixiſſet: nõ es mẽ-
titus hoĩbus/ ſz ſpũiſctõ: vt neq: deũ hũc

neqꝫ hoīem ſignificaret. Et qd mirꝫ? Apls eñ aliqñ templū dei hoīem appellat: aliqñ ꝟo templū ſpūſſcti/ ꝓpterea qꝛ vnū ſūt natura. Si eñ deꝰ minime intelligeret ſpūſſā
1.Cori.3.v. eius: qua audacia diceret infra: Tēplū dei ſanctū ē/ qḋ eſtis vos: qñ vnus deꝰ in oībus ſcpturis ꝑdicat: myſteriū aūt eius ī trinitate adoratur. Idcirco ſic ait ſcptura: vt ſub vnius dei ꝓfeſſione ea q̄ de ipſo ſunt. i. filius ⁊ ſpūſſanctꝰ eiꝰ in eodē honore itelligantur/ ī quo deꝰ eſt: Quia ideo ſacramentū reuelatū eſt dei/ vt gloria eius in trinitate ſignificaret. Q̄obrem nō plena auctoritate deus vocat qḋ de deo ē: ne alterū abſqꝫ eo qui vnus eſt facere credat: Sed intellectū dat vt credamus ea ratione in trinitate creaturę ſalutē ꝯſiſtere/ qꝛ vna eſt coꝝ diuinitas: Neqꝫ eñ poſſent ſimul iūgi ⁊ in ordine poni creator ⁊ creaturę/ dñs et ſerui/ ęternitas ⁊ q̄ ſub initio ſunt. Quippe cū ſine vno coꝝ ſalꝰ nulli ſit: Ad iniuriā eñ vocat omne qḋ deus ē/ ſiue filꝰ/ ſiue ſpūſſanctꝰ: ſi extra vniꝰ dei honorē deputet ⁊ gloriā. Scpturę igit oſtēdūt chriſtū deū/ oſtēdūt ſpm ſanctū deū: vt vidētes ſciant qd ſic oſtēdit. Tale ē ſi quis gēmā oſtendat/ nō clamās qꝛ gēma eſt: nunquid qꝛ ille non clamat/ non erit gēma quę videtur? Ita et ſcpturę oſtendūt ꝑ ea q̄ ſupra tractata ſunt/ qd credere debeamus intra vnius dei fidē ſenſū noſtrū concludentes myſterio trinitatis.

Queſtionum mixtim ex nouo ⁊ veteri teſtamento poſitaruꝫ pars tertia.

Queſtionum mixtim vtrīuſqꝫ teſtamentū tangentiū. Queſtio.i.

Quomō in euāgelio iohannis diabolus dicat habere patrē/ ſicut ſupra ſecunda parte. q. xc. diſquiſitum eſt: Queſtio. XCVIII.

A

Vdiſtis que ꝯteſtet ſacroſanctū euangeliū/ dicēte dño ad iudęos:
Ioh.8.f. Uos de patre diabolo nati eſtis: et deſideria patris veſtri vultis facere: Ille homicida erat ab initio: et in veritate nō ſtetit/ qꝛ veritas non ē in illo. Cū loquitur mēdaciū/ ex ſuis ꝓprijs loqtur: qꝛ mēdax eſt ſicut ⁊ pater eius. Nemo fideliū dubitet diabolū apoſtaſię ſuę auctorē nō habere. Ipſe eñ totiꝰ erroris ē ꝑnceps: Qui vidēs a deo factū ſe nō mediocris potētię/ auſus ē ꝑſumere diuinitatē: vt qꝛ cęteros vidit inferiores/ ſeipſū ꝑferret vt deū. Denique noīa qbꝰ appellat diabolꝰ et ſathanas: ab actu eiꝰ cōpoſita ſūt/ nō ex natura. Omne eñ malū ope ꝓbatur: vt non ſubſtātia ī crimie ſit/ ſꝫ volūtas ꝯcępta ex cauſis. Dū eñ ſe vidit potiorē cęteris/ inflatꝰ ē ad exercēdū dñationē. Quō ergo patrē habere dicitur/ q auctor ſceleris eiꝰ habeatur? Aut vñ ꝓbatur ab initio homicida fuiſſe? Sꝫ ſcriptura illū q eius fuerit imitator/ noīe eiꝰ appellat: Ut qꝛ ab ope nomē accępit oīs qui malū opus fecerit/ non īmerito diabolꝰ nominet. Saluator ꝗ hoc loco cain diaboluꝫ appellauit/ qꝛ opeꝝ eius ęmulus: dū inuidit fratri/ homicidiū ꝑpetrauit: exēplū relinquēs crudelitatis parricidij: Sicut ⁊ diabolus dū inuidit hoī facto ad imaginem dei: malignitatē opis ſui cumulauit/ typuꝫ ꝑbēs erroris. Hinc itaqꝫ extitit etiā mēdax cain/ dicēte ſibi deo: Ubi ē abel frater tuꝰ? Gen.4.a. Qui patris ſui imbutꝰ malicia/ in mēdaciū ꝓrumpēs: Neſcio inqt: vt cui vitā extorſerat vbi eſſet/ neſcire ſe ſimularet: ſic furore cęcatus vt deo ſic reſpōderet quaſi hoī: quē putaret ſe poſſe celare. Igit hmōi imitatores facti iudęi/ etiā ipſum dñm occiderunt: cain potius fratricidā patrē volentes habere ꝙ deū: vt totius ſāguinis effuſi rei fierēt. Auctorē eñ vitę perimētes/ totiꝰ ſceleris ꝑncipes extitere: Ita vt huic malo etiam filios ſuos obligarēt dicentes: Sāguis eius ſup nos ⁊ ſup filios noſtros. Mat.27.d. Ut eñ pilato ſuaderēt/ nihil mali eſſe qḋ petebāt: ī filios ſuos retorqueri dixerūt ſi eſſet iniuſtū: qꝛ vt furori ſuo ſatiſfacerēt/ nec filijs quidē ſuis parcere voluerūt: Nā qꝛ diabolꝰ nō natura malus eſt: hinc faciliꝰ diſcit/ qꝛ pena non ꝑmitteret ei q non fecerat qḋ neſciebat: Iniquū eſt eñ punire eū qui nō facit aliud ꝙ qḋ ſuę ē naturę: Et magis iſtud malū eſt/ ſi hoc exigas ab aliquo qḋ ſcias illū non poſſe: Q̄obrē iuſte plectēdus eſt/ quē cū ꝯſtet ſcire ac facere poſſe bonū/ agit malū. Hoc etiā ex ꝟbis ſaluatoris poterit aduerti. Ait eñ ſicut ſupra memoratū ē: Pater veſter homicida fuit ab initio: ⁊ in veritate nō ſtetit. Igit ſi ꝑ naturā mendax eſt/ quō dicit in veritate non ſtetiſſe? Hic eñ ī veritate non ſtat qui in veritate per manet. Cōſtat ergo diabolū in veritate fuiſſe/ ſed non perſeueraſſe. Deniqꝫ legimus in

B

ꝓpha ſic dicentē dn̄m: Si ſteti∫ſent inquit
in ſubſtātia mea.i. in lege mea. Et apl's ad
Gal.5.a. galathas: State inqt ⁊ nolite iterū ſeruitu/
tiſ iugo cohiberi. Quid tā apertū? Hic em̄
mādat vt de cętero ꝑmaneāt in mandatis
ei⁹. Qđ ſi diabolus ſeruaſſet/ſteterat i ſub/
ſtātia ⁊ in lege dei: Fundamentū eſt em̄ lex
ſeruātib⁹ eā. Quō ergo q̄buſdā videt̄ dia/
bolū aut malū a deo factū/aut ꝓpriā habe/
re originē: id ē ex nullo ortū: qđ vtrūqꝫ deo
videt̄ cōtrariū? Qui em̄ ad hoc illū dicit fa
ctum vt eſſet malus: imꝑfecte putat deum
eſſe bonitatis: quia ꝑfecte bonus non facit
malū. Qui v̄o originis eius deū auctorem
eſſe nō credit: eius dominiū deo abnegat.
Per hoc em̄ cū oīa dei ſint/ aliquid eē arbi/
trat̄ qđ minime ad deū pertineat: q̄s opor/
tet pęnas perpeti/cū viderint cuncta a deo
iudicari per chriſtum.

Queſtio.2. 1.Cor.10.c. A Quid ſit illud apl'i: Temptatio
vos nō appħendat/niſi humana:
(Queſtio. XCIX.
Non ſine proui/
dētia (vt arbitror) magiſter gētium
apl's: nō vt tēptatio nos appħēdat
exoptat/ſed vt humana dūtaxat: q̄ diuina
tēptatio ꝑniciē parit. Hac em̄ iudęi appħē/
ſi a ſerpētibus perierūt. Agētes em̄ ſub dei
lege/de ꝓuidētia eius dubitabāt: ac ꝑ hoc
ne diuina nos/ ſed hūana tēptatio appħē/
dat hortat̄. Hic em̄ tēptari a deo dicit̄/ q̄ ſb
noīe eius agēs ab idolis ſperat ſalutem: q̄
nō habet deū probatū. Omne em̄ qđ ꝓba/
tū nō eſt/tēptat̄/⁊ in dubiū venit: Ac ꝑ hoc
diuina tēptatio mortalis ē: humana vero
tēptatio ſalutaris eſt: q̄ ſicut de deo dubi/
tare pernicioſum eſt: ita de hoīe deſperare
propter dei legē ſaluberrimū eſt. Quobrem
ꝓuidēter apl's: Tēptatio inqt vos nō ap/
pħendat niſi humana/vt ꝓpter dei legē ab
hoībus tēptati fortes inueniamur/dubitā/
tibus de nobis hoībus carnalib⁹: deo aūt
B Temptatio ꝺı plex. ꝓbati ſimus: q̄ qui ꝓbati deo nō ſunt/tē/
ptant̄ vt emēdent̄. Duplex ergo tēptatio ē:
aliq̄ſi em̄ quaſi fideles/aliq̄ſi q̄ſi diffidētes
tēptamur: vt fideliū tēptatio hūana ſit: ꝓ/
pter fidē em̄ ab hoīb⁹ tribulamur. Tēptāt
em̄ nos ſi poſſint abducere a fide: Propter
diffidentiā autē temptantur/vt anguſtiati
pęnitētes redeant in viā: ſicut factū eſt etiā
iudęis. Cum em̄ diffiderāt de prouidentia
dei/tēptati ſunt a ſerpentib⁹: vt dolore cor/
repti emendarent̄. Deus enim ſic tēptat vt
corrigat hm̄oi hoīes. Eſt ⁊ alia tēptatio/q̄
tēptatus eſt abraā ⁊ iob/necnō ⁊ tobias fa
Gen.22. muli dei: vt abraam ꝑ tribulationē oblati
vnici et dilectiſſimi filij vberiorē fructū iu/
ſticię haberet ad ęternā gloriā. Job autem Job.1.et.2.
amiſſione totius ſubſtātię augmentaret̄ di
uitijs locupletatus in cęlis et in terra. To/ Tobie.2.
bias vero cęcitatē luminū paſſus ſic proue
ctior extitit/ vt ad p̄ſens glorioſus fieret re/
ceptis oculis/ et i futurum ſeruaret̄ et clari/
tas ꝑpetua: quia ad hoc ꝓbant̄ iuſti/vt ꝓ/
ficiant. Jdeoqꝫ in tēptatione robuſto ani/
mo eſſe debem⁹: ſciētes nō ad diminutionē
noſtrā hoc ꝓficere/ſed augmentū: ſi modo
ęquo animo tolerem⁹ ꝑ chriſtū dn̄m nr̄m.

Quō in euāgelio matthei dictū Queſtio.3.
ſit: Confiteor tibi pat̄ dn̄e celi ⁊c̄. Matth.11.b
(Queſtio.C. A
Vdiſtis fratres cha/
riſſimi quid cōteſtet̄ euāgeliū dicēte
dn̄o: Confiteor tibi pater dn̄e cęli ⁊
terrę/qui abſcōdiſti hęc a ſapientib⁹ et pru/
dentib⁹/et reuelaſti ea paruulis: Jta pater
qm̄ ſic fuit placitū an̄ te. Jgit̄ ſi dictoꝝ ſen/
ſum inſpiciamus/videbim⁹ ea q̄ ad exhor/
tationē credentiū a dn̄o dicta ſūt eoꝝ q̄ ꝓ/
ꝑtea q̄ mūdanā ſapientiā ſpernūt/paruuli
vident̄ ſapiētib⁹ mūdi: q̄ nullo teſtimonio
cōmendati ſapiētes volūt dici. Jdcirco in/
dignū viſum eſt deo his oſtendere verita/
tem: humilib⁹ autē q̄ nihil de ſe p̄ſumētes
diuinę ſe volūtati inclināt/ ęquitate cogē/
te ſalutaria reuelanda ſunt. Hic em̄ prudēs
deo eſt ⁊ ſalutis ſuę memor/ qui ſciētię ſuę
anteponit dei legē: quā vtiqꝫ videt nō ver/
borum ſtrepitu fulciri/ſed rerū virtutibus.
Et ſine dubio hic ſtultus ⁊ vanus eſt/ q̄ hu
ic rei ſe cōmēdat q̄ nulla munit̄ pręrogati/
ua ſignoꝝ: Vn̄ nō litteratis ſęcli regnū de⁹
ꝓmiſit/ ſed fidelib⁹: neqꝫ ſcrutatorib⁹ ſide/
rum ęternitatē pollicet̄/ſed recte agētibus:
nō dialecticis/q̄ fraude ⁊ minutis quibuſ/
dam ratiunculis verum excludere nituntur
gloriam dat: ſed bonę voluntatis homini/
bus/qui accurati magis vita ſunt q̄ ſermo
ne. Jſtos em̄ reprobat deus/q̄ oratione cla
ri ſermonis magis vti volūt q̄ bonis acti/
bus: Nā ⁊ gloriā dei in ſe vult ꝯuertere qui
rem dei verbis exornare ſe putat. Res em̄
ipę per ſe placere debēt: vt nō ſermo/ſꝫ ſen/
ſus laudet̄. Si em̄ ſenſus auctor eſt litterę B
et verba propt̄ res ſignificādas inuēta ſūt:
cur nō magis res ipſę puro ſenſu ꝓmendę
ſunt/vt fęlicius mentē incitent ad ſalutē?
Jdeoqꝫ piſcatores elegit dn̄s noſter apl'os
homines ſimplices ⁊ ſine litteris/q̄ ſine ali/
qua verſutia fidem ſeruādo ⁊ bene viuēdo
dei in ſe oſtenderēt veritatē. Unde ⁊ apl'us
paulus: Et ego veniēs inquit ad vos frēs/ 1.Co.2.a.
nō veni in ſublimitate ſermonis aut ſapiē/
tię. Et inter cętera: Quia nō (ait) i ſermone 1.Co.4.d.

eſt regnū dei/ſed in virtute: vt q2 verba cō/
tradictioni obnoxia ſūt/ dei legi virtus te/
ſtis exiſteret/cui ois cedit ſermonū ſublimi
tas. Itaqꝫ hęc idcirco p̄miſſa ſunt frēs cha/
riſſimi/ vt conſulerent ſimplicioꝛib⁹: ne forte
idignos ſe putarēt gr̄a dei: q2 minime ſunt
lr̄is foꝛēſibus eruditi: cū magis ad laudem
pficiat ſimplicitas eoꝝ: qm̄ qd̄ prudentes
mūdi non vident ſupbia litterarū: hoc red/
dūt nō verbis/ſꝫ ꝯſilio prudētes: Sciūt em̄
i bonis opib⁹ reqᷓſcere deū: ⁊ fidē quęrere/
nō cultū ſermonū. Legūt em̄ dicentē dn̄m:
Eſaie.66.a. In q̄ requieſcā/niſi in humili ⁊ manſueto ⁊
tremēte v̄ba mea? Quobꝛē vt digni efficia/
mur ad p̄miſſa p̄mia ea q̄ a dn̄o iubent fa/
cere debemus ſecuri: q2 hos diligit dn̄s qui
verba eius cuſtodiūt. Sic em̄ dicit diſcipu/
Joh.14.b. lis ſuis: Si diligitis me: p̄cepta mea ſerua/
te: vt in his dn̄o ſeruiētes regni ei⁹ heredes
eſſe poſſim⁹ p ieſuꝫ chꝛiſtū dn̄m nr̄m.

Queſtio.4. Quō contra leuitas romanos
diſceptandū ſit: qui cōtendūt leui/
tas ſacerdotib⁹/⁊ diaconos p̄ſby
teris coequare: Queſtio.CI.

A Um iuſſis charitati parere volum⁹/
D in vituperationē forte cadem⁹: q̄ de
re q̄ nulli aliqn̄ in dubiū venit/ſcri/
bimus: q2 cū amicitiam offendere nolum⁹/
ſtudium qd̄ ad aliquā rem occultā reuelan/
dam pficere debuit/intricamus: Quis pro/
pter nimiā ſtulticiā cuiuſdā hoc aſſeueran/
tis: qd̄ in ſubiectis pandemus: iſtud nobis
iniūxerit charitas memoꝛata: ne cuꝫ nemo
diu ad hoc reſpōderit/in peius pficeret/ vt
diu in vano exercitatus emēdari nō poſſit.
Hoc em̄ charitatis ſtudiū eſt: q̄ nō q̄rit quę
ſua ſūt. Quidā igit̄ q̄ nomē habet falcidei/
duce ſtulticia ⁊ ciuitatis romanę iactantia:
leuitas ſacerdotibus/⁊ diaconos p̄ſbyteris
coęquare cōtendit/nō dicā p̄ferre: q2 ſtulti/
us eſt/ ⁊ forte incredibile videtur ⁊ nos non
emendatoꝛes/ſed calūniatoꝛes habeamur.
Qua igit̄ lege q̄ ve ꝯſuetudine/quo nā exē
plo h̄ aggredi audeat nullū ſcire arbitroꝛ:
vt iſtos quib⁹ cōſeſſus in eccleſia datus eſt
minime his coęquet qui propter q̄ antiſti/
tes dei ſunt/in domo dei et in honoꝛe chꝛi/
ſti cum dignitate cōſiſtūt. Quę audacia eſt
p̄ſbyterꝭ miſtros ipſoꝝ pares facere? Quę
temeritatis p̄ſumptio ſacerdotibus baiu/
los tabernaculi ⁊ omniū vaſoꝝ eius et li/
gnoꝝ conciſoꝛes ⁊ poꝛtitoꝛes aquę cōfer/
re? Hoc em̄ officium fuit leuitaꝝ. Tale eſt: ſi
p̄fectis officiales/dominis ſerui equentur.
Hoc em̄ ſcriptū eſt dicente dn̄o ad moyſen:
Numeri.8. Accipe tribū leui de medio filioꝝ iſrael et
ſtatue illos ań aaron ſacerdotē/et deſeruiēt
ei. Quid hoc exemplo aptius qd̄ etiā nunc
i eccleſia cuſtoditur? Qꝫ romanę eccleſię
diaconi modico inuerecūdioꝛes videantur:
ſedendi tm̄ dignitatē in eccleſia nō p̄ſumūt.
Utaūt nō oia miniſteria obſequioꝝ per oꝛ
dinem agant/multitudo facit clericoꝝ: Nā
vtiqꝫ ⁊ altare poꝛtarēt ⁊ vaſa eius: ⁊ aquaꝫ
in manus funderēt ſacerdoti/ſicut videm⁹
p oēs eccleſias: et ſicut conſtitutū eſt a dn̄o
p moyſen: nunqd̄ aut melioꝛes heliſęo ſūt:
q̄ aquā fundebat in manus helię? Sic autē
diaconos aduerſus p̄ſbyteros defendit/q̄ſi
ex p̄ſbyteris diaconi/⁊ nō ex diaconis pre/
ſbyteri oꝛdinent̄. Sed quia romanę eccleſię
miniſtri ſunt/ idcirco honoꝛabilioꝛes puta/
tur q̄ꝫ apud ceteras eccleſias: pp̄ter magni/
ficentiā vꝛbis romanę: quę caput eſſe vide/
tur oim̄ ciuitatū. Si itaqꝫ ſic ē hoc/ debēt ⁊
ſacerdotib⁹ ſuis vēdicare: q2 ſi hi q̄ iferio/
res ſunt/creſcūt pp̄ter magnificentiā ciui/
tatis: q̄to magis q̄ potioꝛes ſublimādi ſūt.
Quicqd̄ em̄ officialibus p̄ſtat̄/augmentuꝫ
fit poteſtati: Sic honoꝛ ſerui ad laudē pfi
cit dn̄i: Quꝫ apud iuſtum iudicē deū vnicui
qꝫ hic honoꝛ maneat q̄ decretus eſt ſingu/
lis eccleſiarum officijs: vt qui diaconus eſt
diaconi honoꝛē p omnes eccleſias habeat.
Nō enim qualiſcūqꝫ honoꝛ eſt antiſtiti dei
ſeruire in eccleſia dūtaxat/ vt ſacerdos toti/
us honoꝛis eccleſiaſtici dignus habeatur.
Maioꝛ em̄ oꝛdo intra ſe ⁊ apud ſe habet et
minoꝛē: preſbyter em̄ ⁊ diaconi agit officiū
⁊ exoꝛciſtę ⁊ lectoꝛis: Preſbyteꝝ aūt intelli B
gi ep̄m pbat paulus aplus qn̄ timotheum 1.timoth.3.a.
quē oꝛdinauit p̄ſbyterū inſtruit qualē debe
at creare ep̄m. Quid eſt em̄ ep̄s/niſi p̄mus
p̄ſbyter hoc eſt ſumm⁹ ſacerdos. Deniqꝫ nō
aliter q̄ꝫ cōpꝛeſbyteros hic vocat ⁊ cōſacer/
dotes ſuos. Nunqd̄ ⁊ miniſtros condiaco/
nos ſuos dicit ep̄s? Nō vtiqꝫ: q2 multo in/
ferioꝛes ſūt: Et turpe eſt iudicē dicere p̄mi/
cerũ: Nam in alexandria et p totū ęgyptū
ſi deſit ep̄s/cōſecrat p̄ſbyter. Quāta aūt ſit
dignitas oꝛdinis ſacerdotalis/cauſa oſtē/
dit caiphę: q̄ cū eſſet hō peſſimus/ pphęta/
uit: Quare inqt? Quia princeps erat ſacer Joh.11.f.
dotū. Et iterū multū diſtare iter diaconū ⁊
ſacerdotē liber approbat quē dicim⁹ actus
aploꝝ. Cū em̄ ex ſamaria credidiſſent phi/ Act.8.c
lippo p̄dicanti diacono ab aplis oꝛdinato:
miſerunt inqt ad petrū ⁊ iohannē vt veni/
rent ⁊ his qui crederent darēt ſpm̄ſanctum
per man⁹ impoſitionē: Sed inſcij credo ſcri
pturarum aut immemoꝛes legis hęc defen/
dunt. Recoꝛdari ergo debet qui iſta putat

aſſerēda/ q̄d leuitiſ acciderit cū taliter ſape/
rent. Cū em̄ nihil inter ſacerdotes ⁊ leuitas
Numeri.16.c. intereſſe ꝑſumerēt/ deo iudice hiatu terȩ ab/
ſorpti ſunt chore ⁊ ꝯſentiētes ei: ⁊ ducentos
q̄nq̄ginta viros torrēs ignis ſimul cōſum/
2.paral.26.d. pſit. Et ozias rex cū op⁹ ſacerdotale ꝑſume/
ret/ lepra pfuſus eſt: vt hoc vtiq̄ exēplo cȩ/
teri territi nō audeāt qđ ſibi ꝯceſſum nō eſt
ꝑſumere. Nūc em̄ videm⁹ diaconos temere
qđ ſacerdotū eſt agere p cōuiuia: ⁊ in orati/
one id velle/ vt reſpōdeant illis: cū iſtđ ſolis
liceat ſacerdotib⁹. Diaconi ꝗ ordo eſt/ acci/
pere a ſacerdote/ ⁊ ſic dare plȩbi. Uides q̄d
pariat vana ꝑſumptio. Immemores enim
elatiōe mētis/ eo ꝙ videāt romanȩ eccleſiȩ
ſe eſſe miniſtros/ non ꝯſiderāt q̄d illis a deo
decretū ſit/ ⁊ q̄d debeāt cuſtodire: ſꝫ tollūt
hȩc de memoria aſſiduȩ ſtationes domeſti/
cȩ ⁊ officialitas/ ꝗ p ſuggeſtiōes malas ſeu
bonas nūc plurimū pōt. Aut timent em̄ ne
male ſuggerāt: aut emunt vt ꝑſtent. Hi ſūt
q̄ faciūt eos ordinis ſui nō cōſiderare rati/
onē. Dum em̄ p adulationē obſequunt il/
lis illicite/ ꝑcipites illos faciūt/ vt plus ſibi
putēt licere: Quippe cū videāt nō ſic defer/
ri ſacerdotib⁹: ac p h̄ ante ferri ſe putāt: Sꝫ
teſtimonio inquit diaconi fit p̄ſbyter: quaſi
iſtud ad ꝑrogatiuā ptineat magnitudinis.
C Legimus em̄ ad plȩbē dixiſſe petrū aplm̄:
Act.6.a. Eligite inquit ex vobis q̄s ꝯſtituamus de/
ſeruire miniſtris eccleſiȩ: Nolo dicere/ men/
ſis. Ecce laicoꝝ teſtimonio creati ſūt diaco
ni. Et apl's eū qui ordināđ⁹ ē epus etiā te/
ſtimoniū vult habere gētilium. Sic em̄ ait:
1.ad tim.3.b. Oportet em̄ hunc ⁊ teſtimoniū habere bo/
nū ab his qui foris ſūt. Omniū ꝗ ē teſtimo
niū dare/ ⁊ nō tamen oēs hoc honore digni
ſunt. Iudicare em̄ oēs poſſunt: ⁊ nō tamen
omnes poſſunt eſſe qđ iudicāt. Poteſt em̄
pictor iudicari bonus et prȩferri alteri pi/
ctori ab illo q̄ pingere neſciat: ⁊ coraula me
lior alio coraula approbari ab eo q̄ alterius
ē artis: Ita ⁊ teſtis pōt eſſe creandi p̄ſbyte/
ri q̄ inferior ordine eſt. Et iterū q̄ inflentur
et putēt ſibi multū deberi a nobis: Perdu/
cuntur eni inquiūt q̄ ordinādi ſūt: vt dum
lateri illorum ſepti ſunt/ honore digni vi/
deant. Fateor facti eorū eſſe: ſed quaſi offi/
cialis: Ab epiſcopo em̄ mittit vt obſequiū
ꝑbeat ordinādo. Nā ⁊ imperator vt impe/
rator appareat/ ordinat obſequio militari:
nō tn̄ melior nec par eſt exercitus impatori.
Heſter.6.c. Nā ⁊ amā cū eſſet clarus in honore milita/
ri: a rege miſſus ē vt mardocheo i obſequi/
um iret: vt q̄tuꝫ dignus eſſet mardocheus
ex hmōi obſequijs/ noſceret. Ita ⁊ diaconi
creandis p̄ſbyteris in obſequiuꝫ mittunt:
vt dignos eos fieri ſacerdotes oēs intelli/
gāt. Exceptis em̄ ſacerdotibus/ q̄bus obſe
quiū debēt/ oībus p̄ponunt diaconi.

Quō cōtra nouatianos conten dendū ſit qui penitentiam ſaluta/ rem negant: Queſtio.CII. Queſtio.5.

A
Dixit diſcipuli ſui ad ieſuꝫ: Dn̄e vis
vt dicamus/ deſcēdat ignis de cȩlo Luce.9.g.
⁊ cōſumat eos ſicut fecit helias? Et re/
ſpōdit illis dn̄s dicens: Neſcitis cui⁹ ſp̄us
eſtis: Filius em̄ hōis nō venit aīas pdere/
ſed ſaluare. Cū dignū vtiq̄ eſſet vindicare
in ſamaritanos/ nō excipiētes: eū dn̄s tn̄ q̄
ad miſericordiā dandā aduenit/ ſententiaꝫ
amouit: vt de cȩtero corrigētes emēdaren/
tur. Et ꝓpheta heliſȩus indignat⁹ pueris
q̄ ei ꝯtumeliā faciebāt/ deo iudice vindica/ 4.Reg.2.d.
uit in eos: vt eo loco ab vrſis comederent
vbi ſilua eſſe negat. Dn̄s autēꝫ oblatȩ ſibi Ioh.8.b.
meretrici pepercit: ei videlicet quā in adul/
terio ſe deprehēdiſſe maiores iudȩoꝝ dixe/
runt: vt q2 pia ꝑdicatio incȩperat: nō cōdē/
nādū/ ſꝫ ignoſcendū doceret. Nā p moyſen
data eſt lex: q2 iuſtū fuit vindictā in p̄mor/ Numeri.15.d
dijs ſuis cū ſȩueritate exerceri: q2 ⁊ in illū q̄
ſabbato exijt ligna colligere funebriter vin/
dicauit: et in filiū ȩgyptiȩ q̄ blaſphemaue/ Leuit.24.c.
rat in deū ſimiliter vltionē dedit: ⁊ in cau/
ſa fuſilis vituli pcuſſit filios iſrl'. Unaquȩ/ Exo.32.c.
q̄ ꝗ lex inter ipſa p̄modia ſenſuꝫ ſuū plenū
oſtēdit: vt vet⁹ lex/ q2 ad vindicādū prom/
ptior erat/ inter initia ſua aſperior videret:
vt metu incuſſo diligētes ⁊ ſollicitos face/
ret auditores ſuos. Noua ergo ppterea/ ꝙ
pia ⁊ ad miſericordiam facilis eſt/ p̄mordia
ſua mitiſſima ⁊ clȩmētiſſima demōſtrauit:
vt ipſa oblectatione ac dilectione omēs ad
indulgētiā ꝓuocaret: Poſtea autē et illa q̄
aſperior viſa eſt ppter fragilitatē humani
generis: nō ſolū rigorem ſuū molliuit/ ſed ⁊
humanā ⁊ piā ſe ꝯſtituit: et hȩc quȩ clȩmens
viſa eſt ppter fragilitatē humani generis
aliq̄n vindicauit. Ananias em̄ cū ſaphira Act.4.e.b.
vxore ſua diuinitus cȩſi ſūt: Et elimas ma/ Act.13.b.
gus incredulus ⁊ dei legi repugnās dn̄i iu/
dicio ⁊ v̄tute cȩcat⁹ eſt: Et herodes rex pro/ Act.12.d.
pterea ꝙ honorē n̄ dedit deo cȩli/ ab āgelo
dei pcuſſus ſcatēs vermibus expirauit: Ne
quia miſericordia prȩdicat/ inultū oīno pu
tarent homines et impune peccare: timo/
rem poſuit/ oſtendēs ad hoc dari veniā de/
lictoruꝫ: vt q̄ſi ex mortuis viuificati poſtea
abſtinerent ſe a contrarijs: vt id elabore/
tur/ ne q̄s hinc cū crimie exeat/ quia ad iu/
dicium veniet. Hȩc enim vnicuiq̄ ſentētia B

B imputaꝛ in qua definiꝛ: Q̄m igiꝛ noua lex
plenitudinē habet miſcdię/ ne contemptui
duceretꝛ ab amatoꝛib⁹ peccatoꝝ/ in ſupra/
dictos vindicauit. Uetus vero lex ꝙꝙ ad
vindictā data ſit: quibuſdaʒ tñ ignouit/ ne
omino crudelis diceretꝛ: ſed in plures vin/
dicauit: qꝛ ſenſus eius ad vlciſcendū prom
ptus eſt. Sine dubio ergo maioꝛ gr̄a nouę
legis eſt ꝙ fuit veteris. Si ergo maioꝛ gra/
tia eſt/ quō negaꝛ hoc pręſtare poſſe qđ pręſ
ſtitit illa quę minoꝛem gratiā habuit? Erat
eñ ꝓpenſioꝛ in ſeueritate. Itaqꝫ ſi iſta pę/
nitētibus ignouiſſe ꝓbatur: quid fieri pōt/
vt iſta ꝗ clemēs eſt/ nō recipiat penitētes?
Nam ⁊ iudei filij dei appellati ſūt/ qui per
1. Corī. 10. a. moyſen l nube ⁊ l mari baptiçati/ apoſtoli
pauli auctoꝛitate leguntꝛ: legē eñ accępturi
ꝓculdubio purificati noſcuntꝛ/ vt de cętero
accęptę legis redderēt rōnem: vt ſi qđ pec/
carent ꝑ pęnitentiā ſe refoꝛmarent: dicente
Eſaie. 45. b. dño per eſaiam ꝓphetā: Pęnitentiā agite
qui erratis ⁊ ꝯuertimini. Sʒ foꝛte ecōtrario
diciꝛ: pęnitentia quidē p̄dicata eſt: nō tamē
remiſſio. Si ergo pęnitentia a deo predica/
ta eſt/ fructus erit agentibus pęnitentiam.
Nec eñ ſuꝑuacue hoc dñs cōmoneret. Poꝛ
ro aūt ſciens dñs cōuerſis dari debere pec/
Ezech. 18. f. catoꝝ remiſſionē/ hoc pręcępit: quippe cum
Al. īmoꝛtalis dixerit: Nolo moꝛtē† pctōꝛis: tñ vt cōuerta/
tur ⁊ viuat. Itaqꝫ ⁊ ē fruct⁹ pęnitentię ſicut
claruit cōuerſis ad deū. Excluſa eſt ergo no
uatiani impię cōpoſita aſſertio: qua verbo/
Matth. 10. d. rū dñi ſenſū inuertit dicens: Ait dñs: Qui
me negauerit/ ⁊ ego negabo ipſū: vt ſi aliqſ
chꝛiſtianus quacūqꝫ ex cauſa negauerit/ iā
redire nō poſſit: aut certe reuertēs/ minime
recipiaꝛ: Et vbi erit demādata pęnitentia?
Cū ſaluatoꝛ poſt datā hāc ſentētiā negātē
Matth. 26. g. apl̄m petrū ſi negauerit. Quare? Quia pę
nitentia ſubſequēte erratū ſuū amariſſime
fleuit: ſciēs vtiqꝫ cōuerſis ignoſci ⁊ refoꝛma
ri eoſ per pęnitentiā. Sed nouatian⁹ fingit
agendā pęnitētiā: Quia eñ aperte nō audet
negare pęnitentiā dandā aſtrict⁹ lege/ ſub/
tiliter hanc fruſtrare cōtendit. Quando eñ
dicit: Quia q̄ negauerit nullo modo veniā
habebit/ ſed negabiꝛ ⁊ ipſe l cōſpectu ange/
loꝛū dei: quomodo nō cū dolo agendaʒ pę/
C nitentiā ꝓfitetur? Hinc aūt manifeſte fraus
Matth. 12. c. eius apparet/ cū ſubiungit dicens: Quicū/
qꝫ peccauerit in ſpiritū ſanctū/ non remitteꝛ
ei: neqꝫ hic/ neqꝫ in futurū. Quis alia cau/
ſa ſit qua peccatū eſt in ſpūmſanctuʒ/ ⁊ alia
negare dominū ieſum: Nouatianus tamen
vt huic peccato veniā deneget/ vnū ſenſum
vult eſſe/ ⁊ negātis dominū/ ⁊ peccantis in

ſpūmſanctū: vt hac tergiuerſatiōe fructum
amputet pęnitentię. Si eñ idem eſt nega/
re dñm qđ peccaſſe in ſpiritūſctm̄/ nulla ve/
nia ſperanda eſt negantibus/ neqꝫ fructus
aliquis pęnitentię: quia hoc peccatū/ neqꝫ
hic/ neqꝫ in futuro remitti dñica oꝛacula ꝓ/
miſerūt. Hinc ergo apparet nouatianū cuʒ
dolo dicere agendam pęnitētiā. Ut qđ eñ
pęniteret/ ſi delictū aboleri negaꝛ? Pęnitē
tię eñ/ gemit⁹/ fletus/ ⁊ lamentatio hoc ac/
quirit/ vt ⁊ veniā mereaꝛ/ ⁊ refoꝛmationeʒ.
Deniqꝫ dauid pęnitens ⁊ cōfitens peccatū
ſuū ⁊ veniā meruit: ⁊ ad priſtinū ſtatum red
ditus eſt: qꝛ ⁊ rex permanſit: ⁊ poſtea ꝓphe
tauit. Qđ liquido pꝛobaꝛ: in quinquageſi/
mo eñ pſalmo pęnituit/ ⁊ poſtea ꝑſecutio/
nem a filio ſuo paſſus ꝓphetauit. Tertius
eñ pſalmus iuxta hiſtoꝛiā poſt quiquage/
ſimū eſt. Sʒ foꝛte regi ignoſci opoꝛtuit: hu/
milibus aūt ignoſci nō debet: cū magis po
tentioꝛibus difficilius ignoſcendū videaꝛ.
Deus eñ ꝑſonā hominis nō accipit: Quā/ Roma. 2. c.
to eñ quis ſublimioꝛ eſt: tanto magis/ licet
leue peccatū ei⁹/ graue eſt crimen. Sicut eñ
humilitas in potente ſublimis ⁊ magnifica
eſt: ita ⁊ culpa eius pꝛo crimine habenda ē.
Exceptis eñ pctis quę cōſtāt oībus eſſe il/
licita/ nō omnia licent potentibus quę ſūt
ꝯceſſa humilib⁹: Dignitatis eñ homini ne/
gociari defoꝛme eſt/ ⁊ popinam ingredi no/
tabile eſt: Senatoꝛibus quoqꝫ fęnus diffa/
mia eſt. Si ergo in his leuibus inuenti no/
tandi ſunt: tanto magis rei cōſtituendi ſūt
ſi peccauerint. Per hoc ergo apparet dauid
grauiſſime peccaſſe/ ⁊ quidē duplici modo:
cōuerſus tñ ⁊ homicidij ⁊ adulterij veniam
cōſecut⁹ eſt: ⁊ qđ ē amplius/ deflens refoꝛ/
mat⁹ eſt. Cū eñ a ꝓpheta nathan arguere/
tur/ peccatū celare nō auſus eſt: ſed ꝯfeſſus
eſt dicēs: Peccaui dño. Tūc reſpondit pꝛo/ 2. Reg. 12. 8.
pheta ⁊ dixit: Abſtulit dñs peccatū tuū/ et
nō moꝛieris/ qm̄ pęnituiſti: Et quia inue/
nitur poſtea pꝛophetaſſe/ dubiū nō eſt hūc
refoꝛmatū. Nam ⁊ achab coꝛreptus a pꝛo/
pheta pꝛopter moꝛtem nabuthei ibat plo/
rans: ⁊ cōſcidit veſtimēta ſua/ ⁊ precinxit ſe
cilicio: ⁊ factū eſt verbū dñi in manu ſerui
ei⁹ helię de achab/ ⁊ dixit dñs: Audiſti qm̄ 3. Reg. 21. f.
mōt⁹ ē achab a facie mea: nō inducā ei ma/
la in diebus eius. Et niniuitis peccata de/ Jone 3.
flentib⁹/ īminente moꝛte reparata eſt vita.
Ecce quantus pꝛofectus eſt pęnitentię. Sʒ D
foꝛte dicaꝛ econtra: Cōceſſa quidem eſt: ſed
nō de crimię idolatrię: ꝙuis eñ hęc grauia
ſint/ maius eſt tñ crimē idolatrię. Recte tñ
exploſa ē nō ex modica ꝑte nouatiani aſſer/

tio:qua duo crimina grauia conceſſa peni/
tentię videnť: Quia ſi fornicationi ignoſci
nō debet/ſicut nouatiano videť: quãto ma
gis homicidio aut adulterio. Sꝫ hinc va/
nitas eiꝰ apparet/ qñ hęc q̃ grauia ſunt cō/
ceſſa probantur: Quobrem nunc/ an idola/
tris cōcedi poſſe ꝓmiſerit deꝰ/requirenduꝫ
eſt: Oīne enim qđ iure hic/conceſſum non
fuerit/ nec in futurū poterit cōcedi. Hic eñ
Matth.16.c. ſicut dixit dñs: aut liganť/aut ſoluunť pec/
cata: Jn futuro autē nihil aliud erit/niſi re/
muneratio aut cōdēnatio: Oīs eñ q̄ hic iu
re reprobať: nō poterit eligi/aut dignꝰ in fu
turū iudicari. Audiamꝰ igiť q̃ dicat dñs de
Hiere.3.d. idolatris ad hieremiā ꝓphetā: Vade ⁊ dic
inq̄t/reuertere ad me commoratio iſrael/di
cit dñs: ⁊ non firmabo faciem meā in vos:
qꝛ miſericors ego ſū dicit dñs/ ⁊ nō iraſcar
vobis in ęuū: verūtamē cognoſce delictuꝫ
tuū: Jmpie ęgiſti/ ⁊ poſuiſti vias tuaſ i ali/
enos ſubtus omne lignum nemoroſuꝫ. Ec
ce q̄d ꝓmittit eis deꝰ q̄ poſt lapſuꝫ ad ſe cō/
uertunť/ vt poſt apoſtaſiaꝫ regreſſis remit/
tat pctā. Et iterū dicit deus ꝑ hieremiam:
Baruch.4.f. Delicati mei ambulauerunt vias aſperas:
ducti ſūt vt grex direptꝰ ab inimicis. Cōſtā
tes eſtote filij/ ⁊ ꝓclamate/ad deū erit vřa
in abductione memoria. Nā ſicut fuit mēs
veſtra vt erraretis a deo/duplicabitis deci/
es tñ ꝯuerſi q̃rēteſ eū. Qui eñ idux it i vos
mala: inducet in vos ęternā iocūditatē cuꝫ
ſalute veſtra. O demētia dei: quēadmodū
lapſos ꝓuocat vt ſe erigant: quō hortať vt
poſt errorē idoloꝝ reuertanť ad eū: q̄ſi pať
beniuolus filijs ſuis iocūditatē pennē pro/
mittit ſalutis/ ſi ſe corrigāt. Jtē apud eun/
Hiere.24.c. dem iter cętera: Et reſtituā illos i terrā iſtā
⁊ reędificabo eos ⁊ ñ deſtituā: ⁊ replātabo
eos ⁊ ñ euellā: Vt qꝛ cōminatꝰ dixerat: Sa
crificās dijs/eradicabiť: ne peccātes in deū
deſperarent de ſe/ꝙ iam q̄ſi ſacrificauerant
idolis/eradicati/replātari nō poſſēt/ horta/
tur eos: qꝛ ſi pęniteāt poterūt ad ſtatū ſuū
priſtinū reformari. Sentētia eñ tūc manet
ſi nō emēdeť delictū. Deniq̄ꝫ niniuitis p̄di/
Jone.3.a. catū eſt: qꝛ poſt triduū euerteretť ciuitas eo
rū. Quare poſt triduū/niſi vt aut pęniterēt
⁊ auferreť ſentētia: aut in eo ꝑmanētes iu/
ſtius deperirēt: Hoc ē qđ dixit ꝑ ꝓphetā:
Ezech.18.g. Nolo mortē morientis tñ vt reuertať ⁊ vi/
uat. Jta factū ē vt morituris peccatoꝝ cau
ſa niniuitꝭ/ ignoſcereť/pęnitētia ſubſequē/
Gen.6. te. Vt q̄d etenim centū annis ſub noe arcā
inuenimus fabricatā: niſi vt vidētes ⁊ au/
dientes quid immineret/emēdarēt ſe: Ne/
minem enī deus vult perire. Hinc eſt vñ in
ſalomone legimꝰ: Quoniā inq̄t altiſſimus Eccl.12.a.
miſertꝰ eſt pęnitentibus: Et iterū. Miſere/ Sap.11.d.
ris omniū qꝛ oīa potes: et diſſimulas pctā
hominū ꝓpter pęnitētiā. Hoc ſenſu ⁊ dñs
dolēs ſuꝑ ꝑfidiā iudeoꝝ/ ait: Hieruſalē hie Matth.23.d.
ruſalē q̃ interficis ꝓphetas/et lapidas miſ/
ſos ad te: quotiēs volui cōgregare filios tu
os quemadmodū gallina cōgregat pullos
ſuos ſub alis ſuis ⁊ noluiſti. Jgiť ſemꝑ do/
minꝰ ꝑ totā legē pctōres ad ſe cōuerti hor/
tať: nolēs opus ſuū perditioni eſſe obnoxi/
um: cū nec alia cauſa lex eſſet/ꝙ vt ex errore
hoīes cōuertanť ad veritatē: Jta tñ/ vt i no
uo teſtamēto auctor legiꝭ clemētior videať:
quia tpe quo ſacramentū filij ſui dñi noſtri
manifeſtare dignatus eſt/largior ⁊ vberior
in miſericordia eſſe voluit: vt plus grē p̄di/
cante filio eſſet ꝙ fuerat p̄dicantibꝰ ſeruis.
Nec immerito: Sic eñ fuit dignū vt maio
ra dona per filiū ꝙ ꝑ famulos largireť. De/
niq̄ꝫ ad ſe cōuerſis credētibꝰ oīa ſimul pec/
cantibꝰ cōcedit/nulla interuenīēte lamēta/
tione pęnitētię. Vnde dicit paulus aplus:
Sine pęnitētia enī ſūt dona ⁊ vocatio dei. Roma.11.d.
Poſt aūt ſi peccauerint/ꝑ pęnitentiā pote/
runt mereri veniā. Et qꝛ poſt accęptaꝫ gra/
tuitā miſericordiā peccauerūt: nō iam gra/
tis/ſed interuenīēte gemitu et fletu poſſint
ad indulgentiā ꝑuenire: Jmpoſſibile ē eñ
homini vt nō peccet. Vñ iohānes apl's: Si
dixerimus inq̄t: qꝛ peccatū non habemus: 1.Joh.1.c.
noſipſos ſeducimus/ ⁊ veritas in nobis nō
eſt. Si ꝯfitemur pctā noſtra/ fidelis ⁊ iuſtꝰ
eſt vt remittat nobis pctā/ ⁊ mūdet nos ab
oñi iniuſticia: Sicut dauid meruit veniā ⁊
reformationē cū cōfitereť peccatum. Certe
chriſtianis loquiť iohannes aplus. Ait eñ
in ſubiectis: Filioli mei hęc ſcribo vobis/ vt 1.Joh.2.a.
nō peccetis: et ſi quis peccauerit/ aduocatū
habemꝰ apud patrē ieſum chriſtū. Hoc di/
cit/ vt ſi poſt baptiſmū peccauerimꝰ/ aduo
catū ſupplices depꝛecemur vt exoret pro no/
bis patrē. Si eñ apud veteres nřos pęni/
tentia habuit locū: quō fieri pōt vt hꝫ tpe lo
cum nō habeat quādo maior clemētia pręǀ
dicatiōis eſt: ⁊ q̄ inimicis miſertus eſt vocā
do illos ad grātiā/amicꝭ factꝭ nō miſerebiť
cū mercede: Tribulatio eñ cordis merces
eſt pęnitētis. Si lapſis pęnitentibus/ q̄ an
te lapſum amici fuerāt/non ignoſcereť: qđ
dictū nouatiani ſi eſſet verū: dolerēt homi/
nes ex inimicis factos ſe amicos: Aut q̄lis
eſtimādus erat ille ſi inimicis nō pęnitenti
bus miſericordiā daret: amicis vero ⁊ ꝑ pęni Al. ꝑpeccātibꝰ
tentibus non daret: Pręterea cū ſciat dñs
diabolum aduerſus amicos et ſeruos dei

plus ſe extollere et ſeuire. Uñ dicit petrus
1. Petri. 5. b. apls: Uigilate ⁊ ſobrij eſtote: qꝛ aduerſari/
us veſter diabolus fremens ſicut leo circuit
querens quē deuoret. Cū ergo nouit dñs
aduerſariū nos habere horrendū ⁊ validū:
ſi victi ab eo fuerimus/ vult nos ad auxiliū
ſuū cōfugere/ dolens eliſos nos: vt virtute
eius repati fortiter repugnemus. Sicut eñ
Math. 24. d nisi breuiati fuerint dies illi quos dicit dñs
nulla fiet ſalua caro: ita etſi negeꝛ hoibus
penitentia/ nemo poterit ſalu⁹ fieri. Si eñ
Prouer. 20. b nemo inquit gloriabiꝛ mūdū ſe habere cor:
Job. 25. Et alibi: Nemo ait ſine ſorde: nec īfās vni⁹
diei: quis poterit euadere ſi penitentia de/
Luce. 15. b. negeꝛ? Et vbi eſt qd̄ dicit dñs: qꝛ gaudium
erit i celo ſup vno pctōre penitētiā agente?
F Sꝫ ſi maiora crimia inqt ignoſci nō debēt/
fornicatio et idolatria: vbi eſt dictuꝫ domi/
nicū/ quo omnia peccata/ ⁊ blaſphemias ꝑ
mittit remitti hoibus: ſpūs aūt ſancti blaſ/
phemia nō remitteꝛ hoibus? Oia eñ pctā
dicit poſſe remitti/ excepto vno. Nunc eli/
ge nouatiōe de qbus vis dictū: De adhuc
nō credentibus: aut de iam credētibus? Si
de nō credentib⁹: quō dat remiſſionē pecca/
torū: cū cōſtet oēs añq̄ credāt in deū peccaſ/
ſe ⁊ i ſpūmſanctū? Nam nōnulli geſta dñi/
ca magicas artes appellāt/ opus ſanctiſpūs
demonijs aſſignātes. Si aūt de credentib⁹
vis dictum/ excluſa eſt aſſeueratio tua: quia
Math. 12. c. oñia peccata remitteꝛ ei: et qui dixerit in/
quit v̄bū cōtra filiū hois/ remitteꝛ ei. Ergo
ſiue in deū/ ſiue in chriſtuꝫ peccet/ remitteꝛ
hoibus. Omnia eñ pctā cōplexus eſt/ p̄ter
in ſpmſctm̄. Itaq̄ nō hoc pctm̄ vult intel/
ligi/ qd̄ peccaꝛ in deū/ hoc eſſe ⁊ in ſpiritum
ſanctū: ſi eñ hoc eſſet/ nō vtiq̄ iſtd̄ exciperet.
Cū ergo aliud peccatū ſignificat/ cū blaſ/
phemaꝛ in ſpūmſanctū: ad ꝑſonā eñ per/
tinet hoc dictū/ nō ad naturā ſpūſſācti: ſiue
iam credentibus ꝑ penitentiā/ ſiue futuris
credentibus per baptiſmum oia remitteꝛ
peccata. Qꝛ aūt in ſpmſanctū peccauerūt
iudei/ alia cauſa ē/ ⁊ que ad tp̄s illud perti/
nuit: Unde nō illis hoc remitti/ neq̄ hic/ ne
q̄ in futurū oñdit. Non eni errore peccaue/
rūt in ſpmſanctum/ ſ; maliuolētia. Scientes
eñ prudēteſq̄ opa q̄ viderūt in geſtis ſal/
uatoris dei eē: vt pplm a fide ei⁹ auerterēt/ h
ſimulabāt eē p̄ncipis demonioꝝ: hinc ē vñ
Luce. 11. g. dicit eis dñs: Uos habetꝭ clauē ſciē: et nec
vos intratis/ nec alios ſinitis itrare. Hec q̄
ſententia ꝯ maliuolos plata ē/ qb⁹ remediū
inueniri nō pōt vt ſalueꝛ. Nihil eſt eñ h
crimine graui⁹: fingit eñ falſuꝫ eſſe/ qd̄ ſcit
eſſe verū. Judei eñ q ſub dei lege eſſe vide/
banꝛ/ quibuſq̄ facta ꝓmiſſio chriſti eſt: vi/
dētes magnalia/ ⁊ intelligētes h eſſe qd̄ ꝓ/
miſerat de⁹/ inuidia cecati ſunt vt h eſſe ne/
garēt: ⁊ nō ſolū negarēt/ ſ; ⁊ ꝑſeqrenꝛ vſq̄
ad mortē. Nō q̄ dignū ē iſtis pctm̄ h vnq̄
debere remitti: q cōſcia ſua teſte/ deo cui ſe
G deuotos dicebāt/ auſi ſūt repugnare. Ut aūt
in deū vel in chriſtū peccet/ diuerſe ſūt cau/
ſe: Aut eni aliqs dū felicitati alteri⁹ inuidet
dolore hūilitatꝭ ſue inſurgit i creatorē: aut
aliquid repētinum paſſus qd̄ fit aduerſus
iracundiā/ excitatus i parēte iniurioſus exi
ſtit. Chriſti aūt incarnatio etiaꝫ ad iniuriā
ꝓuocat. Dū eñ ignorāt hoies ſacrm̄ incar/
nati chriſti/ blaſphemāt: idignū ducētes ſi
fili⁹ dei qui incorpalis ⁊ ſimplicꝭ nature eſt/
hoim more natuſ dicaꝛ: Blaſphemat q̄ qui
igrāt myſteriū: Quobrē cōuerſis his porri/
gēda eſt man⁹: qꝛ ſic ꝯ verū exiſtūt/ dū ꝓ vo
ſe facere arbitrāꝛ: Tort⁹ hmōi ⁊ exungula/
tus h verꝫ eē dicit qd̄ ꝑſeqbaꝛ: Supra me/
morati aūt iudei aliud ſenſerūt ⁊ aliō ege/
rūt: qui ſine iudice ⁊ carnifice ꝯſcia ſua teſte
ſp torquenꝛ. Qui eni ꝑ errorē inimicus exi/
ſtit vero: cū ꝯuerſus fuerit/ gaudet cognouiſſe
ſe v̄itatē: maliuolus aūt nō habet qd̄ emē/
det: ſi eni cōuerterit ſe/ incipiet verū dicere
qd̄ p̄us falſuꝫ eſſe nō neſciebat. Spūi autē
ſctō vt fiat iniuria/ cā nulla exſtitit: officium
eni ei⁹ offenſionē nō parit: qꝛ i v̄tute ſigno/
rū ⁊ ꝓdigioꝝ apparet. Quiſ eni inſibilare ꝯ
eū audeat/ videns mortuos excitatos? Aut
qs iraſcaꝛ ei cui⁹ effectu videat currētes pa/
ralyticoſ cecū lumē accipe: ſurdū audire? Aut
quō nō amabit eū quē videat ſpūs immū/
dos eijcere/ leproſos mūdare/ ⁊ ſimul omēs
infirmitates curare? Huic iudei maluerunt
iniuriā facere: op⁹ ei⁹ dicētes op⁹ eſſe demo/
niorū/ dūmō inuidiā atq̄ odiū ꝯ ſaluatorē
exercētes explerēt: idcirco neq̄ h neq̄ i futu/
rū h pctm̄ remitti eis oñdit. Sꝫ nouatian⁹
maiora inquit crimina noiatim nō remitti
ꝓbanꝛ. i. idolatria et fornicatio p⁹ lauacrū.
Idcirco eni i baptiſmo ait/ ſiꝭ oia remittūꝛ
pctā: vt de cetero ſi qd graue cōmiſerit/ nul
lo mō veniā cōſequanꝛ/ qꝛ poſt acceptū ſpi
ritūſctm̄/ qd̄ ꝯ ſpmſctm̄ ē/ admitti n̄ debet.
Quiſ neget peccare nūq̄ deberi/ ſi eēt poſſi
bile? Porro aūt ſciēs de⁹ fragile gen⁹ hūa/
nū ſp remedijs ſalutarib⁹ ꝓſecut⁹ eſt eos: vt
poſt pctā haberēt quō ſe repararēt. Si aūt
ſpūs dat⁹ ꝓhibet peccātib⁹ dari pniaꝫ: nul
la ꝓuidētia eſt in nouo teſtamēto: ⁊ melius
videbiꝛ veterib⁹ ꝓuiſuꝫ/ qb⁹ medicina iſta
minime ē denegata: Et quō maior gra ē in
nouo q̄ in veteri? Nā h inimici eſt: q ſciens

hoībus aliter ꝓuideri nō poſſe vt ꝑueniāt
ad ſalutē ꝙ īteruētu ꝑnitētie ſpiritūſctm̄
dari: cui ſi iīuria facta fuerit metu aliq̄/ aut
ꝑ aliquē errorē/ iā ſatiſfactio locū nō habe/
at reformādi hoīem. Hoc ē occaſionē q̄ ſiſſe
ꝑdēdi hoīes/ nō ſaluādi. Sed abſit: qꝛ dn̄s
Luce. 9. g. ait: Fili⁹ hoīs nō venit aīas ꝑdere/ ſ ſalua/
Matth. 18. c. re. Nā ſi nob pctā q̄ in nos peccam⁹ inuicē/
ſi conuertamur, ſeptuagieſſepties remitti a
nob alterutrū ꝓcepit deus: ꝙto mag̃ ipe ſi
ī illū peccet ignoſcit ꝯuerſis. Oēm em̄ pec/
catorē cōuerti vult. Vñ apl̄s: fornicarijs et
2. Cor. 12. g. immūdis remiſſum ꝓbat dicens: Ne forte
veniēs lugeā multos ex his q̄ añ peccaue/
rūt ⁊ nō egerūt pniam ſuꝑ immūdicia ⁊ for
nicatione quā geſſerūt. Probat q̄ſdā ꝑgiſſe
ꝑnitētiā de qb⁹ nō dolet/ ſ gaudet. Aliq̄s
aūt ſignificat nō ꝑgiſſe fornicatiōis ſuę ꝑ
nitētiā: ꝓpt qꝺ ⁊ lugere ſe eoſ dic̄/ nō ꝑtinē/
tes ad vitā qꝛ nō ꝑgerūt pniam. Si em̄ hu/
iuſmodi criminis ī hac vita ſꝑ agēda pnia
eēt/ nō diceret lugere ſe eoſ: qꝛ nō ꝑgerūt/ ſꝫ
qꝛ nō agūt. Sciētes aūt hęc/ incipiēt page/
re pniam/ qꝛ nō ꝑgerūt: Hoc em̄ volebat/ vt
veniēs ad eos pacē haberet cū cōione eoꝝ.
h Ecce ꝓbatū eſt fornicarijs poſt actā pniaꝫ
cōicandū eſſe. Nō em̄ pōt illis cōicari ꝙdiu
agūt: Tūc aūt cōicandū ē cū deſinūt agere
iudicio eccleſię. Nūc ſuꝑeſt videre an ſpeci/
aliter idolatris poſſe remitti ꝓbem⁹. Legi/
mus em̄ in apocalypſi bti iohānis apl̄i ꝑ
nitentiā ſuꝑ idolatria ꝓdicari. Cōmonent
em̄ epi: q̄s angelos vocat. i. nūcios: Sicut ⁊
Gal. 4. b. btūs paul⁹ apl̄s ait: Sicut angelū dei accę
piſtis me/ vt peccātib⁹ dent pniam: nec eos
patiant mīme cōmoneri q̄ ſcādala faciūt in
eccl̄ia: cū ſint ⁊ ipſi de eccl̄ia. Dicit ḡ ⁊ ange
Apocal. 2. d. lo ꝑgami eccl̄ię ſcribę: Hęc dic̄/ q̄ habet gla
diū ex vtraq̄ ꝑte acutū: Scio vbi habitas:
vbi ſedes eſt ſathanę. Et tenes nomē meū/
⁊ nō negaſti fidē meā: in diebus q̄bus anti/
phas teſtis me⁹ fideliſſim⁹ occiſus eſt ē apꝺ
vos vbi ſathanas habitat: ſ habeo aduer/
Nume. 24. c. ſus te pauca/ qꝛ habes illic tenētes doctrī/
nā balaā q̄ docebat balac mittere ſcandalū
ſub oculis filioꝝ iſrl̄/ mādūcare delibata et
fornicari: ita ⁊ tu habes tenentes doctrinā
nicolaitarū: Silr̄ age pniam. Hāc dic̄ eē do
ctrinā nicolaitarū q̄ fuit in balaā. i. idolatri
am ⁊ fornicationē: de q̄ iubet agi pniaꝫ. Et
qꝛ hoīb⁹ eccleſię loquit/ oſtēdit dicens: Hęc
dicit ſpūs eccleſijs. Quis aūt fruct⁹ ē pnię/
ita ſignificat: Vincēti inq̄t dabo mādūcare
māna qꝺ ē abſcōditū: vt ꝑ pniam q̄ſq̄s vin
cat pctā. Quid ē em̄ ꝑnitere/ niſi dolere ꝓ/
terita/ ⁊ de cętero ꝑpare ab hiſ q̄ admiſerat?

Et angelo thiatyrę eccl̄ię ſcribę: Hęc dic̄ fi
li⁹ dei q̄ habet oclos ſicut flāmā ignis et pe
des ei⁹ ſiles ęramēto tyrino: Scio opa tua
⁊ dilectionē ⁊ fidē ⁊ miniſteriū ⁊ patiētiā et
opa tua nouiſſima meliora ꝓorib⁹: Sꝫ ha/
beo aduerſum te/ q̄ ſinis mulierē ieçabel/ q̄
ſe dicit prophā et docet ⁊ ſeducet ſeruos
meos fornicari ⁊ mādūcare īmolata idol̄:
⁊ dedi ei tp̄us ad ꝑnitendū/ ⁊ noluit agere
pniam de fornicatiōe ſua: Ecce mittā illam
in lectū/ ⁊ adulteros ei⁹ cū illa in tribulatio
ne magna/ niſi ꝑgerit pniam factorū ſuoꝝ:
⁊ natoſ ei⁹ occidā morte: ⁊ ſciēt oēs eccleſię/
qꝛ ego ſum q̄ ſcrutor renes ⁊ corda: et dabo Hiere. 17. b.
vnicuiq̄ veſtrū ſm̄ opa ſua. Vobis aūt di/
co et cęterl̄ q̄ thiatyrę eſtl̄ q̄ hāc doctrinā ñ
habetis/ ⁊ ignoratis altitudinē ſathanę/ ſic
dicūt: nō mitto in vos aliud pōdus: Verū
tenete qꝺ habetl̄ donec veniā. Vincēti aūt
⁊ ſeruāti opa mea vſq̄ ī finē/ dabo ei ꝑtātē
ſuꝑ gētes. Sub vna epl̄a data ad eccleſiam
thiatyrā duplicē nouatianę hereſis cōfun/
dit ⁊ explodit errorē: ⁊ ꝑnitētib⁹ em̄ idola/
trię cā fructū ꝓmittit: ⁊ in vna eccl̄ia malos
nō cōtaminare bonos oſdit/ cū vni⁹ vtiq̄
eſſent cōionis: nec em̄ ex eccl̄iam poſitl̄ ſcri/
bebat dicēs: Qui habet aures inq̄t audiat
qꝺ dicit ſpūs eccleſijs. Silr̄ etem̄ mō apl̄us
paulus: Scim⁹ em̄ inq̄t: qꝛ q̄cūq̄ lex loquit Roma. 3. c.
his q̄ ſub lege ſūt loq̄t. Et alio loco: Quid 1. Cor. 5. d.
em̄ inq̄t mihi de his q̄ foris ſunt iudicare?
Vnī⁹ ḡ eccl̄ię hoīes/ partim ad pniaꝫ ꝓuo/ I
cat/ partim collaudat dicēs: Vobis aūt di/
co cęterl̄ q̄ thiathyrę eſtl̄/ q̄cūq̄ nō habetis Apo. 2. g.
doctrinā iſtā. i. idolatrię: tenete qꝺ habetis
donec veniā: h̄ eſt ꝑſeuerare vſq̄ ad finē: qꝛ Matth. 10. c.
q̄ ꝑſeuerauerit vſq̄ ī finē/ hic ſalu⁹ erit. Silr̄
⁊ q̄ ꝑſeuerauerit ī malo/ dānabit: Ac ꝑ h̄ ſic
iuſticia iuſti nō liberabit eū in die q̄ errauę/
rit: ſic ⁊ iniq̄tas iniuſti nō nocebit ei cū con/
uerterit ſe. Jō dixit: Sacrificās dijs/ eradi/
cabit: Si aūt cōuerterit/ vita viuet. Sicut ē
⁊ illꝺ qꝺ ait dn̄s: Qui me negauerit/ nega/ Matth. 10. d.
bo eū. Si aūt ꝯuerterit ſe/ nō poterit nega/
ri ab eo quē ꝯfitetur. Hinc eſt vt diceret in
pſalmo: Nō iuſtificabit in ꝯſpectu tuo oīs Ps. 142.
hō viuēs. Hęc eñi ſn̄ia iputat hoī in q̄ mo/
rit: Nā qꝛ in eccl̄ia mali cū bonis futuri eſ/
ſent vſq̄ ad iudiciū dei/ ipe de⁹ ſignificauit
dicens: Simile ē regnū cęloꝝ ręti miſſo in Matth. 13. f.
mare qꝺ ex omni genere piſciū collegit. Cū
aūt veniſſent ad littus/ bonos ſegregauerūt
in vaſa ſua: malos aūt foras miſerūt: Sic
erit in ꝯſūmatione ſeculi: exibūt angeli ⁊ ſe
gregabūt de regno dei oīa ſcādala/ ⁊ eos q̄
iniq̄tatē faciūt. Hęc cauſa ſignificat etiā ī

Matth.22.b. illo ꝗ inter diſcūbentes inuētus eſt nō ha/
bens veſtimentū nuptiale/quē ſolū ꝓiectū
de cętu oſtēdit eccleſię:qꝛ crimē indignita/
tis ei⁹ nō polluit cęteros:et qꝛ hęc indigni/
tas ei⁹deſignata eſt/eo ꝙ veſtimētū nō ha/
buerit nuptiale/manifeſtus fuerit cęteris:
Uidebāt eñ eū inter ſe aliud eſſe veſtituꝫ.
2.Timoth.2.d. Hinc eſt vñ paulus apl's:In magna aūt in
quit domo:nō ſolū ſūt vaſa aurea ꝛ argen/
tea/ ſed ꝛ lignea ꝛ fictilia. Iſtud ꝓpter hy/
meneū ꝛ philetū poſuit:ꝗ cū eſſēt ex eccleſia
ꝯuerſe ꝺ reſurrectiōe ſentiebāt: ſicut aliqui
de corinthioꝝ eccleſia reſurrectionē nega/
bāt. Sed hāc domū magnā nouatian⁹ mū
dum ſignificat intelligēdū/nō eccleſiā:ne in
vna eccleſia malos cū bonis/mūdos cū im
mūdis cogaꝛ aſſerere. Qꝺ facile puto cōuel
li. In vna eñ domo oēs ſub vno ſunt noīe:
ꝗuis eñ morib⁹ diuerſi ſūt/ vno tñ dñi ſui
noīe cenſenꝛ ꝛ ꝓfeſſiōe. Mūd⁹ aūt hic diuer
ſę ꝓfeſſiōis ꝯtinet hoīes/ita vt diſpares ꝓ
fiteāꝛ ſe habere/ꝛ deos ꝛ dños. Uideſ ergo
nō hoc potuiſſe dici de mundo/ſed de eccle/
ſia/in qua ſub vno degētes noīe diuerſi ſūt
actu. Qꝺ qdē nouationū nō ignoraſſe ad/
aduerto:ſed qꝛ abſceſſionis ſuę iuſtas que/
rimonias nō habebat:ne apte erubeſceret/
argumenta quędā ſibi ꝯflauit ꝑ malā legis
interꝑtationē/qbus excuſare niteref/ꝛ tege
K re liuoris ſui inuidā voluntatē. Deniqꝫ rñ/
det ad hęc ꝗ dixim⁹ dicens: Nec ego renuo
agendā pęnitentiā admiſſę idolatrię/ſꝫ ego
remittere nō audeo:quia crimē hoc ab eo re
mittendū eſt in quē admiſſū eſt:Hęc aūt cū
dolo rñdet. Interꝑtatiōibus eñ ſuis dete/
giꝛ qb⁹ fraus ei⁹ apparet. Qñ eñ dicit ſcri/
Matth.10.d. ptū ē:Qui me negauerit/ꝛ ego negabo eū:
ꝛ mentiri nō pōt cui⁹ verba ſūt: pęnitentiā
quā agendā/dicit inanē ꝛ infructuoſaꝫ oñ/
dit. Si eñ ſententia data eſt/ꝛ nō fallit qui
dedit: qd excruciare cōpellis hominē lamē
tatiōibus ꝛ gemitib⁹/ꝗ hui⁹ rei effectū/ aut
denegas/aut ſcire te minime ꝯfiteris? Oīs
eni ꝗ cōſiliū alicui dat:ad hoc vtiqꝫ dat/ vt
qd ex eo ꝓficere poſſit ꝑdicet. Sed qꝛ tu no
uatiane doloſe hoc ꝯfiteris/ad illudendas
mētes hoīm agendā pęnitētiā dicis. Sciēs
eni apte hoc negari nō poſſe/ ſubtiliꝛ facis:
quia nō voce/ſed effectu pęnitentiā ampu/
taſ. Omnē certe qui idolis ſacrificauerit/in
ſpūmſanctū dicíſ peccare:cui neqꝫ hic/neqꝫ
in futuꝝ peccatū hoc remitti ꝑ legis verba
cōtendis. Quō ergo hui⁹ delicti agendam
pęnitētiā dicis:niſi qꝛ fallis:ſicut ſupra oñ/
di? Sed ſoles alio dolo fraudē hāc velle cō/
tegere/dicēs eodē ſenſu etiā petrū apl'm di/
xiſſe ſimoni:Age pęnitentiā ab hac malicia Act.8.e.
tua/ſi forte remittaꝛ tibi. Sꝫ ꝯtuēs apl's pe
tr⁹ veterē ꝛ venenatā maliciā hoīs ꝛ ꝑama
ram/idcirco dubiū ei dedit rñſuꝫ. Quis eni
mortaliū ſic peccauit/ vt donū dei pecunia
vellet mercari? Maliuolētię ꝗ rñſum iſtud
datū ē/nō errori. Hęc ē eni ꝗ remediū nō ha
bet:quia nec error eſt:nec ꝑ quā excuſeꝛ ne/
ceſſitas/vt poſſit ꝑ fletū ad veniā ꝑuenire.
Si i tali itaqꝫ cā aliꝗ fuerint inuēti/hoc au/
diāt qꝺ audiuit ꝛ ſimon. Nā ideo dubie rñ/
dit ei apl's petrus dicēs: In felle eni amari
tudinis ꝛ in obligatiōe iniquitatí video te
eſſe. Si ꝗ in tā graui cā/ꝛ ꝗ ſine remedio vi/
deaꝛ/dubie rñſuꝫ eſt: ambiguū nō eſt eis ꝗ
errore aut neceſſitate aliꝗ in deum peccant
poſſe remitti ſi ꝯgruā pniam agāt. Hoc eñ
cōceſſum eſt iuri eccleſiaſtico ab auctore/vt
et pniam det/ꝛ poſt pniam recipiat. Et ad/ L
huc eſt aliqd qꝺ deꝑhendit nouatian⁹:Cur
inqt corpus dñi tradūt eis ꝗs nouerūt pec
catores? Quaſi poſſint ipſi accuſatores eē/
ꝗ ſūt iudices. Si aūt accuſati fuerint/ꝛ ma/
nifeſtati poterūt abiici. Nā ꝗs iudex accu/
ſantis ſumat ꝑſonā? Nā ſi ipſe dñs iudam Ioh.12.b.
paſſus eſt quē ſciebat furē eſſe ꝛ ea ꝗ mitte/
banꝛ exportare/ nec euꝫ ꝗ accuſatus nō eſt
abiecꝛ. Hoc exēplo vti oportet/vt eū abiice/
re nō liceat qui publice detectus nō fuerit.
Nā nec iuſto viro cōpetit aliquē accuſare.
Uñ matthe⁹: Ioſeph cū eēt inqt hō iuſtus Matth.1.c.
ꝛ nollet eā traducere:voluit eaꝫ occulte di/
mittere. Iudas ꝗ cū eēt inter diſcipulos/cō
tagione ſua non eos maculauit: diſſentiē/
tes vtiqꝫ a furtis ei⁹/ꝛ euchariſtiā inter eos
accipiēs nō polluit innocētes. Nec dñs ei
quē latronē ſciebat corp⁹ ſuuꝫ denegabat:
qꝛ ſm apl'm:Qui idigne ſumit/ gladiū ſibi 1.Cor.11.g.
ſumit. Uñ nec ab oculis ei⁹ ſe auertit. Pec/
catores etenī eos polluūt ꝗ ꝯſentiūt malis
coꝝ. Uñ dictū eſt: Uidebas furē ꝛ cōcurre Ps.49.
bas cū eo. Hinc ē vñ apl's plębē corinthio/ 1.Cor.5.b.
rū arguit/ ꝓpterea ꝙ illū ꝗ publice vxorem
patris habebat/nō corriperēt aut euitarēt/
vt ſe emēdaret dicēs: Neſcitis/qꝛ modicuꝫ
fermentū totā maſſam corrūpit? Cū eñ nō
eēt dux aliꝗs aut ꝑpoſit⁹ eccliię/plębis erat
corriꝑe eū quē videbāt tā turpiter ꝛ obſcę/
ne inť eos ꝯuerſari: Ac ꝑ h̄ ꝗſi ꝯſētiētes eos
crimini ei⁹ apl's arguit. Nec eñ in hac re ac
cuſatore opus erat/aut teſtib⁹: Publice eñ
nouercā ſuam loco vxoris habebat. Itaqꝫ
ꝗtū ad cauſam noſtrā ꝑtinet expoſuimus
Ibidem.c. re durauit/verũetiam vxoꝛem cõtraria ſug/
gerẽtẽ increpans docuit oĩa quę deo ꝑmit/
tente accidũt foꝛtiter tolerare:qđ ad dupli/
cem pęnã ꝑtinet impꝛouidi ſathanę: qꝛ nec
ſuaſit qđ voluit:et cũ huic inuidit/ alios fe/
cit diſcere qđ nec hũc ſcire volebat. Quan/
tũ eñ ꝓſit tẽptatio dei ſeruis: et obſit dia/
bolo/hac lectiõe plenius edocemur. Cũ eñ
putat ſe nocere eis/ ꝓmouet eos:et cũ vnuꝫ
ꝑſequit̃/multos ad virtutẽ ꝓuocat. Vidẽ/
tes eñ auxilijs dei hunc ꝓtegi/multi imita
toꝛes eiꝰ exiſtũt. Lucrũ ğ volẽs facere ꝑdi/
dit:Sꝑ eñ furoꝛ eiꝰ dãnoſus ẽ. Nã cũ ꝑſeqt̃
iuſtos ne muneret̃/digniores eos fac̃: Et cũ

ęlatur ſanctũ iob/ duplicauit ei meritũ ĩ cę
lo ⁊ in terra : qui ⁊ hic auctus eſt/ et in cęlis
cũ ſaluatoꝛe receptꝰ:vt iſta oĩa ad ſanctoꝛũ
ꝓficiãt gloꝛiã:ad diaboli vero pęnam.

De tobia fere idem diſquirit: Queſtio.22.

Anta ꝓuiden/ (Queſtio.CXIX.
t tia ẽ dñi dei circa nos/vt errare nos
nolẽs ⁊ legẽ ⁊ exempla bonoꝝ ope/
rũ daret/qbus modeſta ⁊ trãquilla agi poſ/
ſit vita cũ dei timoꝛe. Qui eñ auctoꝛ vitę ẽ/
nõ vult vtiqꝫ opus ſuũ moꝛti eſſe obnoxiũ.
Quis natura ipa legis nõ expers ſit:tamẽ
qꝛ dñs bonus ⁊ miſericoꝛs eſt/ vt maioꝛ no
ticia eoꝝ eſſet q̃ ſequẽda ⁊ illoꝛũ q̃ vitanda
ſũt lr̃is/ ⁊ exẽplis oſtẽdit: ſicut ꝓ̃ſens lectio
teſtat̃. Dei ğ famulus ſctũs tobias poſt le/
gẽ exẽplũ nob datꝰ eſt/ vt q̃ legimꝰ/quđ fi/
ant ſciamꝰ:⁊ ſi tẽptatiões aduenerint/a dei
timoꝛe nõ recedamꝰ:neqꝫ auxiliũ aliũde q̃
ab eo ſpemꝰ:memoꝛes ſcriptũ eſſe: Puſillꝰ Pſ.36.
fui eteni ſenui:⁊ nunq̃ vidi iuſtũ derelictũ:
nec ſemẽ eiꝰ q̃rẽs panẽ. Nunq̃ ğ decipi po/
teſt q̃ tota mẽte ſperat in deũ:licet ad tꝑus
tribulationes oꝛtę fuerint ꝑ inſidias ſatha/
nę:exẽpla nos docẽt ſanctoꝝ viroꝝ neqꝫ a
deo permitti:niſi ad incrementũ meritoꝛũ
noſtroꝝ: qꝛ ſi ęquo animo fuerit baiulatę:
hic nobis dabit̃ cõſolatio cũ effectu/⁊ in fu
turo vita ęt̃na cũ gloꝛia. Deꝰ eñ nr̃ q̃ iuſtus
eſt/⁊ ꝑſonaꝝ acceptio apđ illũ nõ eſt/tẽpta Roma.2.b.
ri nos ꝑmittit:qꝛ nos diligit: vt poſt labo/
rem poſſit nobis pꝛęmia dare ampliſſima.
Deniqꝫ aplŝ vt tẽptationes ab eo ceſſarẽt
depcãti dñs ait: Sufficit tibi gr̃a mea: Nã 2.Corĩ.12.c
virtus in infirmitate ꝑficit̃. Hinc ſubſecutꝰ
ait: Cũ infirmoꝛ/tũc foꝛtioꝛ ſum:et gaudeo
inquit in tribulationibus meis: vt inhabi/
tet in me virtus chꝛiſti. Qꝫ ergo laudabilis
ſit ſanctꝰ tobias/ſcriptura docemur:cuiꝰ de
uotionẽ nec captiuitas minuit/ nec oculoꝝ
amiſſio q̃ minus deũ bñdicere ꝑſuaſit:neqꝫ
exhauſta ſubſtãtia a via iuſticię ⁊ veritatis
auertit. Neceſſitas eñ ꝓbat iuſtũ in egeſta
te:ęquitatem ſeruare/vera ac perfecta iuſti
cia ẽ: Unde eñ quoꝛũdã deuotio minuit̃/
inde augmentũ fecit laude dignus tobias.
Inopia eñ inquit humiliat virum:⁊ q̃ hu/
miliat̃/nõ põt ſeruare iuſticiã. Sancti autẽ
tobię erectus ad deũ animꝰ/nec captiuita/
te fractus eſt/nec inopia humiliatus:qꝛ cõ/
tra edicta occiſoꝝ coꝛpa ſepulturę manda/
bat:⁊ de dei largitione ſecurus/de ipo exi/
guo miſericoꝛs :et ſciẽs hãc magis placere
deo miſericoꝛdiã q̃ đ exiguo fit: Sicut ⁊ vi/ Luce.21.a.
dua illa fecit quã dñs in euãgelio collauda
uit. Hic eñ vere fidelis eſt/qui nõ dubitat

B de ꝑmiſſis dei/qui de paruo largitur. Spe ergo futurorũ animũ ſuũ ꝯſolãs/ deo dicatus tobias/in tẽptatione robuſtus ꝛ fortis inuẽtus eſt:oſtẽdens in neceſſitate plus in dei timore vigilandũ:qꝛ ſi neceſſitas ad dei auxiliũ nos impellit/q̃to magis ſecuritas. Certi ergo ſancti viri/qꝛ deꝰ iudiciũ ſibi coꝝ olim q̃ in hoc mũdo fiunt exceperit:tribulationes ꝛ dãna ꝛ reliq̃ exercitia vel cõtumelias:nõ tñ nõ ęgre tulerũt/ſꝫ et gratãter ac Gal.5.g. cęperũt:ſicꝫ ꝛ nři apłi q̃ cęſi gauiſi ſũt:qꝛ digni habiti ſunt ꝓ noĩe chriſti cõtumeliã pati. Indicia eñ meritoꝝ futuroꝝ exitia ſũt: quę iniuſte fiunt fidelibꝰ ſiue in tribulationibus ſiue in cõtumelijs. Itaqꝫ intãtũ deo placuit iuſtꝰ tobias/vt duplici genere meritoꝝ ſuoꝝ cõſequeret mercedẽ: ꝛ in ꝑſenti eñ qđ amiſerat miniſtro angelo recuꝑauit lumẽ:ac ditatus eſt etiã copijs q̃ ad ꝑſentẽ ꝑtinẽt vitã:ꝛ in futuro heres regni cęloruꝫ eſt factus:Vt i ħ doceremur:qꝛ q̃ toto corde dei legi obtẽperat/nec de dei ꝓmiſſiſ dubitat:et in hoc ſęculo copiã ſępe auget deꝰ: ꝛ in futuro donat illũ vita ęterna. Eſt etiaꝫ aliud qđ nos inuitat ad diuina obſequia. Sanctus eñ tobias non ſolum iuſticię ſuę merita cõſecutus eſt : qꝛ accedit ad cumulũ glorię eius etiã ex coꝝ bonis q̃ imitatores eius exiſtunt. Imitatoribus eñ exẽpla laudanł:Qđ nobis q̃ꝫ poteſt ꝓuenire ſi ſic vixerimus vt dignũ ſit ꝛ nos imitatores haberi.

Questio.23. De ieiunio et eius obſeruatiõe: (Queſtio.CXX.

A

Ongruũ eſt fratres chariſſimi/deuotiſſime dei ſacerdotẽ ꝑpoſitũ pleƀ/ chriſti exhortari pplm ſub cura ſua poſitum in doctrina Ad timõ.1.b. ſana ſicut mãdat apłs:vt opus fidei ꝓ temporis obſeruatione omni cura diligẽtiaqꝫ alacri et deuoto animo faciamus. Ieiunia eteni quę nũc imminẽte die feſto paſchę celebrãda ſunt/quid ꝓficiant/ q̃uis nõ lateat/taceri tamẽ nõ debet. Incitał eñ deuotio quãdo ea q̃ licet nõ ignoreł/recenſeł tamẽ:Tale eñ ẽ ingeniũ naturę noſtrę/vt torpeſcat ſi vſus deſtiterit lectionis:Quia ſicut ferrũ niſi vſum fuerit eruginẽ generat: ita ꝛ aĩa niſi frequẽtius diuinis exerceatur lectionibꝰ/ naſceł illi pctã. Hinc eſt vnde Pš.1. in pſalmo hũc dicit beatũ/ q̃ die nocteqꝫ legẽ dñi meditał. Deniqꝫ q̃uis nota ſint diuina eloquia:tñ cũ fuerint ſacris voluminibus memorata/ſic illa deuotũ pectus ſuſcipit q̃ſi noua:Excitał eñ deſideriũ aię erga oꝑa ſalutaria. Vñ apłs ad timotheũ inter 2.timoth.1.b. cętera:Vt reſuſcites inquit gr̃am dei q̃ eſt in te. Igił neceſſaria ſunt nobis ieiunia ſicꝫ vulneribꝰ medicina: Medelã eñ conferũt vitę ꝑpetuę: ita tamẽ vt duarũ rerum teſtimonio commendenł.i. oratione ꝛ miſcðia. B Ieiunia ergo intemperantiã corꝑis mitigant:motus aduerſos reprimũt: preſſuraꝫ aię auferũt:ſicut ait dñs:Nolite dediti eſſe Luce.21.f. in eſca et crapula/ne grauenł corda veſtra. Cũ eñ aĩa ab eſu ꝛ potu nimio fuerit liberata/tũc ſe melius recognoſcit. Sicut enim in ſpeculo ſordido nõ ſe talẽ hõ aſpicit q̃lis eſt:ita et ſi eſca ꝛ crapula fuerit grauatꝰ/ alterũ ſe ſentit q̃ꝫ ẽ:Tũc excitał libido:accenditur ira:inflammał ſuꝑbia:generał luxuria. Vñ apłs:Nolite ait inebriari vino/i q̃ Eph.5.d. ẽ luxuria. Q̃ ſi ꝑpatũ fuerit corpꝰ/interpoſito ieiunio cognitione ſui recepta aĩa intelligit qua deuotione obſequi debeat redẽptori. Magna ergo ex parte ieiunia ſunt neceſſaria. Sub heſter eteñ regina/cuꝫ iu Heſter.4.et.5 daicus ppłs in periculo poſitus eſſet ieiunijs ſuffragãtibꝰ liberatꝰ eſt. Et niniuitę cũ Jone.3. euerſionis ſuę ꝓſcriptũ dicẽ a ꝓpheta audiſſent/ieiunio indicto euadere meruerũt. Et iuſti ac ꝓphetę nři quãdo a deo aliq̃d impetrare volebãt/ieiunio ſe humiliabãt:dicẽte dauid:In ieiunio humiliabã aĩam meam. Pš.34. Nã ꝛ ſaluator cui opus nõ erat:vt noƀ exẽ Matth.4.a. plũ daret/ieiunauit. Itaqꝫ nulli dubiuꝫ eſt ꝓdeſſe ieiunia. Sic eteni oſtẽdit ſe hõ velle impetrare qđ poſtulat cũ ſe affligit ieiunio. Vñ dictuꝫ eſt:Bona eſt oratio cũ ieiunio. Tobie.12.b. Vt accepta q̃ poſſit eſſe oratio/ꝯſortiũ vult ſecũ habere ieiunij. Et qꝛ nihil hoꝝ ſine pietate firmũ eſt/adiecit:ꝛ elemoſyna cũ iuſticia: vt elemoſyna ſeruata iuſticia cõmẽdet orationẽ cũ ieiunio. Deniqꝫ orationẽ ꝛ ieiuniũ cornelij miſcðia cõmendauit. Ipſe eñ abũdans opibus ſeu copijs/ieiunabat:ſed et non habentes paſcebat: vt illoꝝ ſaturitas ieiuniũ eius faceret acceptabile. Nonnullis q̃ indiget/ꝛ nõnullis carere debere ieiuniũ vt poſſit mereri qđ poſtulat.

De paſchate:quõ laudabił et glorioſa ſit ſolẽnitas eius: Qõ.CXXI. Queſtio.24.

S

Anctũ ꝛ ſalutarẽ diẽ paſchę ꝛ omni laude ꝑdicandũ/quo mors deuicta eſt:diabolo regnũ ablatũ:ſacramẽtum dei manifeſtatũ:decretũ qđ aduerſum nos erat/euacuatũ :tartari ianue cõfractę: vincti ſoluti:clauſi remiſſi: cęci illuminati: imꝑiti ſciẽtia donati: impij facti miſericordes:iniq̃s ꝛ iniuſtis pctoꝝ data remiſſio: inimicoꝝ recõciliatio:erroris emẽdatio: veritatis declaratio: deo filij ex ꝑditł acq̃ſiti: ſuꝑbia deꝑſſa:humilitas exaltata: paupes

ditati:diuites exhauſti:mõtes deplanati: valles replete:colles proſtrati: impudẽtia calcata:verecũdia compta: aiabus ad celũ data facultas: libertas reddita:dirupta ac reſoluta captiuitas:torpuerũt tenebre:con fuſa eſt malicia:purificatus ſqualor:ſatha/ nas deiectus:inanitus infernꝰ: dñs noſter ieſus chriſtus verus dei filius approbatus: caro ad cõfuſionẽ prudentũ mũdi in celos ſublata:celeſtia/terreſtria ⁊ inferna vniꝰ dei ⁊ dñi demonſtrata. Itaq; fratres chariſ/ ſimi/hũc diẽ feſtũ colere ⁊ venerari debemꝰ deuoti deo cũ modeſtia vite ⁊ aie leticia/ turpia ⁊ inhoneſta vitãtes vt ad fructũ pa/ ſche venire mereamur p chriſtũ dñm nrm/ cui eſt honor ⁊ glia in ſecula ſeculoꝝ.

Queſtio.25. **De principio: quid ſit principiũ cũ dicit iohãnis pmo: In princi/ pio erat verbũ. Et geneſis primo: In principio fecit deꝰ celũ ⁊ terrã:**

A In principio (Queſtio.CXXII.

Joh.1.a. erat verbũ: Quid ẽ in pncipio? Qm

Gen.1.a. legimꝰ ⁊ in veteribꝰ libris: In pnci/ pio fecit deꝰ celũ et terrã. Et i epla eiꝰ cuius euãgeliũ eſt de cuiꝰ pncipio aliqd conamur edicere/eodẽ ſenſu ſignificatũ eſt. Ait eñ:

1.Joh.1.a. Qd erat ab initio. Epla ergo ⁊ euangeliũ vnũ habẽt ſenſũ. Aliud eñ ẽ qd i veteri ait: In pncipio fecit deꝰ celũ et terrã:⁊ aliud cũ dic: In pncipio erat vbũ: Et/Qd erat ab/ initio. In pncipio eñ eẽ/⁊ ab initio eẽ/vnũ ſignificat:qr ab initio qd erat nõ cepit eſſe: Qui eñ incipit eſſe ab initio nõ erat:⁊ ideo ſubijcit initio.i. vt inter cetera i ordine pri/ us ſit: qr ipſe initio factus alios cepit poſt ſe habere q poſt illum ſũt facti: Sicut legi/ mus:qr in principio fecit deꝰ celũ ⁊ terram: nõ dixit/in pncipio erat celũ ⁊ terra:qr cum nõ eſſent/ ⁊ diſponeret deus facere mũdũ in principio:hoc eſt inter cetera q ad mũdi fabricã pfecerũt:pmũ fecit celũ ⁊ terrã: qr

Principium quid ſit. pncipiũ initiũ ẽ inchoãtis aliqd qd ſit pri/ mũ in ordine. Illud aũt qd dicit:qr in pnci pio erat/id eſt vbũ /ante inchoationẽ crea ture ſupne ⁊ inferne ſignificat fuiſſe:vt nõ vtiq; inter hec que creata ſunt prius factũ itelligeret/qr i pncipio erat cũ deꝰ diſpone/ ret facere creaturã. Ergo ſi i pncipio erat.i. añ oia erat/ſp erat: Idq; ⁊ vbũ erat:Vbi? Apud deũ inqt/vt nõ indigne initio ſubie/ ctũ minime eſtimaret qd ſemp erat apud deũ. Cõuenit eñ/vt qd añ oia apud deum erat/ nlli ſbijciat initio. Vñ adiecit:Et deꝰ erat verbũ. Nũc oſtẽdit apte:qr q ſupra di/ cta ſunt congruũt verbo :qr deꝰ eſt inquit/ verbũ:⁊ de deo aliter nõ oportet ſentiri/q̃ vt ſemp dicat fuiſſe. Si eñ cepit eẽ/creatu/ ra eſt:ſi creatura eſt/deuſ nõ eſt: Quicquid eñ eſt:aut deꝰ eſt/aut creatura ẽ:ac per hoc dei nomẽ nõ cõpetit creature:ſed qr cũ non cepit/ eſſe erat eñ digne/dicit eſſe deꝰ apud deũ. Aut ideo dr ſemp fuiſſe:qr nõ ex ſe/ſed ex deo deꝰ eſt. Quobrẽ ⁊ nomẽ eiꝰ dicit vbũ dei:ſicut fideſ eiuſdẽ euãgeliſte i reuelatio/ ne ſua demõſtrat. Ait eñ int cetera:Et no/ Apocal.19.c. men eiꝰ eſt verbum dei. Vt eñ nõ ipſe ex q ſunt oia ſignificaret/ſ; p quẽ ſunt oia.i. nõ pater/ſed filius verbum dei appellatus eſt: Vt qr deꝰ ſine vbo eſſe nõ põt:hic qui vbũ dei dicit/ ſemp apd deũ fuiſſe credat. Et qr verbũ nõ ẽ extra eũ cuiꝰ vbũ eſt:hoc verbũ quod apud deum erat non aliunde/ ſed de deo eẽ ſignificatũ/itelligat:Et qr de deo ẽ/ nõ abſurde deꝰ dicit: Itaq; nõ duos deos facit deũ fuiſſe apud deũ. Si eñ eſſẽt duo/ diuerſi eſſent natura/nec vnius volũtatis. Si eñ nos hoies cũ vnius ſumꝰ nature/ di/ uerſe tñ ſumus volũtatis:quãto magl vbi diuerſitas nõ eſt nature neq; volũtatl/ deꝰ apud deũ dicet. Deus eñ q apud deum B erat ⁊ eſt:nõ ex ſe habet q deꝰ eſt/ſi quo mi/ nus/nec apud deum deus eſſe diceret:neq; dei verbũ deꝰ verbũ appellaret: ſed qr qd de deo eſt/non aliud ſignificat eſſe q̃ deꝰ ẽ: verbũ dei deus eſt nũcupatus:vt qr vbũ dei dicit/ad alteꝝ deũ nõ refert. Qr autem deus vocat ideo fit/ne ad iniuriã dei pfice/ ret/ſi qd de deo erat/deus minime diceret. Igit et vnitas dei ſeruata eſt ⁊ debita ho/ norificentia reddita:qñ nõ in pprĩã gloriã exceptus eſt hic qui de deo deus eſt/ſed in eius de quo deus eſt. Propterea de verbo incipit loqui euangeliũ prius q̃ loquat de deo patre:quia queſtiones nõ de deo fiũt/ ſed de vbo dei. Nemo eñ dubitat de deo: ſed de deo qui eſt de deo deus. Omnis eñ lingua celeſtiũ ⁊ terreſtriũ fatet vnũ deũ: ſed in ſacramẽto vnius dei turbat. Trepi/ dat eñ audiẽs deũ dici verbũ dei: corpali/ bus eñ modis pulſatur:quia verbũ homi/ nis homo dici non põt:cũ vtiq; deꝰ natura ſit ſimplex/non mẽbris cõpoſitus/neq; qui intus habeat et foris: neq; ante ⁊ poſt/ aut ſummũ et imũ:ſed ſi poteſt dici totus p om nia:id eſt nuſq̃ varius vel abſimilis: Vna aũt claritas eius eſt immẽſa. Nam ſi ignis non habet anteriora et poſteriora/ aut in/ tus et foris:quãto magis creator eiꝰ. Itaq; quia omne qd deus eſt/totũ vnũ eſt: non diſcrepat cum quod de deo eſt/dicit deus. Ex parte ergo humano exemplo/⁊ ex parte non humano dei filius qui eſt verbum dei

de⁹ eſt. Ea eñ ratione qua filij hoim hoies
ſūt dei fili⁹ de⁹ ē: ſ; q2 ex cōmixtiōe filij hoim
hoies ſūt/ nō hoc exēplo fili⁹ dei de⁹ ē: q2 ex
ſimplici deo ſimpliciter natus eſt: ⁊ quēad/
modū v̄bū noſtrū ex nobis eſt: hoc exēplo
itelligiꝛ verbū dei eſſe de deo. Sed q2 v̄bū
nr̄m nō ē hoc quod nos ſum⁹: nō hac rōne
verbū deus deo eſt: q2 verbū dei res eſt/ nō
ſonus q̄ deperit. Nec eñ q2 cōia vocabula
nobis ⁊ deo ſūt/ vna ratio erit nobis ⁊ deo
Gen.1.a. i re⁊ effectu. Nā legimus: In ꝑncipio fecit
deus cęlū ⁊ terrā: Quō fecit? Nūquid ſicut
nos manu facimus opera? Et in ſubiectis.
Et dixit inquit deus: Fiat lux: et facta eſt
lux. Cui putamus locutum eſſe deū? Quia
nō vtiq; homini locut⁹ eſt/ ſ; ei q̄ poſſit face/
re: q̄ etiā hoiem factur⁹ erat ſicut ⁊ fecit. S;
C quō locutus ē? Nūqd ſic nos loq̄mur orga
no corpali? Abſit. Videſ ꝙ ꝙ vocabula q̄dē
nobis ⁊ deo cōia ſūt: ſ; diſcrepāt in effectu.
Aliter eñ de⁹ facit ꝙ facim⁹ nos: ⁊ loqui dr/
ſ; nō more nr̄o. Sic ⁊ v̄bū dei nō tale v̄bū
ſicut nr̄m: q2 nr̄m poſtꝙ fit/ nō eſt: illud aūt
manet. Qō aūt tale v̄bū eſt qō audit et lo/
quiꝛ ⁊ opaꝛ? Nō ſolū aūt v̄bū dei eſt/ ſed et
v̄tus ⁊ ſapia dei/ hoc ē fili⁹ dei: q̄ ꝙtū ad ef/
fectū ptinet/ filius dr dei: ꝙtu; aūt ad locu
tionē qua nos alloquiꝛ de⁹ ꝑ ipm verbū dr
dei: ꝙtum v̄o ad ſapientiā q̄ nos de⁹ docet
ꝑ ipm ſacramentū ſuū ſapiētia dr dei: ꝙtū
aūt ad opationē qua ꝑ ipm oia fecit ⁊ facit
de⁹/ virt⁹ dr dei. Hoc nulli alij poſſet cōpe/
tere niſi filio dei. Propterea eñ ꝙ ex deo de⁹
eſt/ oia dei habere dr: Naſcēdo eñ oia ꝯſe/
cut⁹ eſt dei: Nec eñ ꝯueniēs erat degener
dici v̄bū dei/ ⁊ virtutē et ſapiētiā dei: hoc ē
eñ deus verbū/ virt⁹/ ⁊ ſapiētia. Chriſtus
aūt q2 totus de toto eſt de deo de⁹: ⁊ ſapia
dr dei ⁊ virtus ⁊ verbu;: hoc eſt deū eſſe de
Joh.1.a. deo et apō deū: Propter qō ait: Hoc erat i
principio apud deū. Ad euincēdas enim in
credulo⁊ mētes coacta ſcriptura erupit/ vt
oſtēderet chriſtū eſſe deū: cū omni loco ꝓpt
vnitatē dei/ intelligi vult chriſtū eſſe deum.
Nūc aūt apta voce dicit eū eſſe deū ⁊ ſemꝑ
fuiſſe apud deū: ſacramētū patefaciēs dei:
Ne de⁹ oīno ſolitarius putareꝛ declarauit:
nō ꝓpterea vnū dici deū vt ſolitarius eſti/
maretur/ ſed licet duę vel tres ꝑſonę eſſent/
tñ nō ꝑiudicareꝛ vnitati: q2 qō deus eſt/ ad
illū ipſum referꝛ q2 vn⁹ eſt/ ꝙuis oia dicanꝛ
ex deo. S; aliud eſt qō ꝓprie extitit d deo:
et aliud qō nutu de foris creatū eſt dei/ hoc
eſt: aliud ē qō de ſubſtātia ei⁹ ꝓceſſit ⁊ ali/
ud qō nullo modo eſſet niſi voluntate eius
creatū eēt: Quia qō de ſbſtātia dei ē/ nūꝙ
fuit pręter eius ſubſtantiā: qō vero creatu;
eſt tūc cępit eē ſubſtātia cū creatū eſt: Ac ꝑ
hoc initiū nō habet trinitas ſola. Declara/
tio igitur myſterij merita fidei minorauit:
quia quanto occultius eſt qō crediꝛ/ tanto
magis ꝓpenſior credētis eſt merces et mi/
nor pęna diffidētis. Declaratio aūt myſte/
rij ſicut minora fecit merita credētibus/ ita
maiores excitauit diffidētib⁹ pęnas: Ma/
nifeſtior eñ lex plus facit reū: Nā ſuffece/
rat teſtimoniū ſaluatoris q̄ ſibi ꝓpriū pa/
trē dixerat deū. Quis eñ credentiū dubita
ret nihil a patre differre in ſubſtātia filiu;?
Sed q2 heretico⁊ ꝑuerſitas infidelitati cō/
mētis fidei iura pulſare cęperat/ aliter acci/
piēdo filiū dei ꝙ ꝑdicaꝛ/ additū eſt: ⁊ ad fa/
ciendā manifeſtationē. Hūc ante oia apud
deū fuiſſe ⁊ deū eſſe: vt declararet qō filij ve
ri ratio myſtice continebat: ꝑ qō diuina cle
mētia humanę infirmitati ꝓuidiſſe videꝛ:
vt aperiret qō clauſu; potioris fidei meri/
tis reſeruauerat: Vñ adiecit dicēs: Omnia Joh.1.a.
ꝑ ipm facta ſunt: vt ſi quis ex ſuperioribus
in aliquo ambigeret: q2 anguſta eſt intelli/
gētia hoim ad diuinaſ res capiēdas: ex his
capax fieret cū audit: oia ꝑ ipſū facta ſūt: vt
nō vtiq; facturā ipm putaret: q2 oia ꝑ ipm
audit facta a deo: ſi aūt ⁊ ipe eēt factura/ nō
oia ꝑ ipm facta a deo dixiſſet: Nec eñ ipe ꝑ
ſe fiebat. Qō vt adhuc abſolutı⁹ traderet/
adiecit. Et ſine ipſo inquit factum eſt nihil:
hoc dicēs/ excludit oēm cōtrouerſiam ⁊ ar/
gumēta terrena/ ꝙuis non deſint qui diffi/
dant: tñ q2 ſine ipſo nihil factū oſtēdit nul/
lo mō illū facturā eſſe ſuſpicari debere edo/
cuit. Quō eñ dici pōt ipe eſſe factura/ cū ni
hil dicaꝛ deus ſine ipſo feciſſe? Si eñ fecit/
mentitur ſcriptura. S; abſit. Fidelis enim
eſt ſcriptura: q̄ vt errorē amputet quāta po
teſt vtiꝛ manifeſtatione ad ſalutē hominū
redimēdā. Deniq; ſubiecit: Qō factū eſt in D
ipſo vita ē: in ipſo/ id ē in v̄bo qō factū eſt
vitā eē ſignificat: Sicut et ipſe dñs ait. Si/ Joh.5.d.
cut habet pater vitā in ſemetipſo: ita dedit
⁊ filio vitā habere in ſemetipſo. Non quia
verbū ſine vita erat: ⁊ poſtea aut data aut
facta eſt in illo vita: ſed ipſum verbum vi/
tam vult intelligi eſſe. Si de patre deo pōt
dici ꝙ aliud ipe ē/ ⁊ aliud in ſe habet: ita eti
am de filio ei⁹: Quia ſicut habet pater vi/
tam in ſemetipſo: ita dedit filio vitā habe/
re in ſemetipſo. Humana eñ eloquia non
ſūt idonea ad res explicādas diuinas: Ido
vitioſum videꝛ qō dicitur: vt cum factura
non ſit dei filius/ in ipſo dicaꝛ factū qō eſt.
Et ſi dixiſſet: qō genitū eſt in ipſo/ etiam ſic
vitioſum videbaꝛ. S; vt ſubſtantiā gene/
rationis eius oſtēderet opus in ea factum

quali vti potuit ſermone/p qȯ exiſteret de
monſtrauit:quia generatio ei⁹ vitā in ſe ha
bet.Nos eñ viuim⁹ quidē/ſed nō poſſum⁹
alijs dare vitā:quippe cū nec in poteſtate
noſtra ſit eadē vita.Jlle aūt ideo dicit̃ vitā
in ſe habere:qꝛ pōt viuificare ꝛ creare que
vult vt ſint ꝛ viuāt:Ad hoc eñ natus dicit̃/
vt oia poſſit facere que facit pater:qꝛ ſic ha
bet vitā in ſe/ſicut habet ꝛ pater.Hoc eñ ē:
omnia ꝑ ipſuꝫ ꝛ in ipſo feciſſe:ſic eū genuiſ/
ſe/vt haberet in ſe vitā per quā oia poſſit fa
cere:non qꝛ ipſe aliud eſt ꝙ vita:ſed dū hoc
poteſt vita ei⁹ vt ꝛ viuat/ ꝛ alia poſſit crea/
re q̄ viuant:vitā dicit̃ habere in ſemetipſo.
Nos eñ viuimus/ſed nō habem⁹ ſic in no/
bis vitā ipſam vt etiā alijs dem⁹ vitā.Quē
ſenſū ꝛ apoſtolus paulus memorat inter ce
Colo.i.b. tera dicēs:Qui eſt imago inuiſibilis dei/ꝓ/
mogenit⁹ añ oēm creaturā:qm̄ in ipſo cōdi
ta ſūt oia in celis ꝛ in terra/viſibilia ꝛ inuiſi/
lia/ſiue ſedes/ſiue dñationes/ſiue ꝑncipat⁹/
ſiue poteſtates:oia per ipſū ꝛ in ipſo creata
E ſunt.Cōueniūt aūt euangelia in hoc duoꝝ
apoſtoloꝝ iohānis ꝛ pauli:eadē eñ dicūt:
quia filius dei añ omnē creaturā genitus ē
vt crearet potentias ſpiritales ꝛ mūdū ꝛ q̄
in ea ſunt viſibilia.Qȯ eñ dixit iohannes:
Quia qȯ factū eſt/i ipſo vita eſt:h idē ſigni
ficauit ꝛ paul⁹ dicēs:Quia i ipſo ꝯdita ſūt
oia in celis ꝛ i terra.Et i ſubiectis:Oia per
ipſū et in ipo creata ſunt.Per ipſū creauit/
qꝛ in ſubſtātia idē deus eſt:h eſt pater in fi/
lio in ipſo verbo:qm̄ ſic generauit filiū vt
haberet potentiā faciendi oia viſibilia ꝛ in/
uiſibilia.Hoc fuit feciſſe in illo vitā/vt ꝛ vi/
ueret/ꝛ vitā alijs p̄ſtaret viuendi/intelligē/
di/agēdi:ꝛ ceteris animantib⁹ ſcōm qȯ vo/
luit quaſi imago dei:Dum eñ imago dicit̃
dei/ad vtrūqꝫ refert̃:qꝛ ꝛ per expreſſam nati
uitatē plenā habet i ſe ſimilitudinē patris:
et pōt quicq̄d poteſt ꝛ pater:et verū ſit pa/
trē videri in filio/qui eſt imago inuiſibilis
dei.Nunq̄d qꝛ patrē inuiſibilē dixit/filiū vi
ſibilē fecit:cū hoc vtiqꝫ ſit filius per naturā
qȯ ꝛ pater?Et cū creatura celeſtis ſit inuiſi
bilis/quāto magis creator eius?Sed hoc ſi
gnificauit qȯ in celis eſt/ nō qȯ in terra:qꝛ
ꝙuis filius inuiſibilis ſit:illic tamē.i.in ce/
leſtibus videt̃ ab apoſtolis vel ceteris tali/
Joh.17.d. bus:de q̄bus dixit:Pater volo vt vbi ego
ſū ꝛ iſti ſint mecū ꝛ videāt claritatē meā.Et
Matth.5.a. alibi Beati ſq̄t mūdo corde:qm̄ ipſi deū vi
debunt.Hoc eſt patrē in filio/deū in imagi/
Ar.ide ne/qȯ eſt deū ẜi deo.Sicut corpalis rei cor/
pus imago eſt:ita ꝛ dei de⁹ imago ē:Quia
Joh.16.c. exemplū eſt pater:fili⁹ vero exemplū de ex/
emplo/qȯ cōicat ſpirituiſctō:Quia de meo

inquit accipiet.Jdeoqꝫ in filio videt̃ de⁹ q̄ſi
in ſua imagine.Sicut eñ nemo dignus in/ Apocal.5.b.
uentus eſt/ aperire librū/ et ſignacula eius
niſi verbū dei:ita ꝛ deū patrē nemo videre
dignus eſt/neqꝫ natura/neqꝫ merit̃/ niſi ve
rus fili⁹.Nihil eteñ mediū eſt qȯ obſtet in/
ter patrē et filiū/ipſo nob teſte qui ait:Ne/ Joh.6.e.
qꝫ eñ patrē vidit q̄ſq̄:niſi qui eſt a deo/hic
vidit deū.Sed ſi i filio videtur pater:qua/
re nemo dignus dicit̃ videre deū:cum vide
atur in filio:quia nihil differt a patre fili⁹?
Nihil plane differt in ſubſtantia:qꝛ verus
filius eſt.Differt aūt in cauſalitatis gradu:
quia oīs potentia a patre in filio eſt:ꝛ in
ſubſtantia minor nō eſt filius:auctoritate
tñ maior eſt pater ipſo dño teſtāte ꝛ dicēte:
Si diligeretis me/gauderetis vtiqꝫ:qꝛ va/ Joh.14.d.
do ad patrē:quia pater maior me eſt.Quē
etiā modū cuſtodiēs apoſtol⁹ paul⁹:Unus Roma.11.d.
iquit de⁹ pater ex quo omnia:ꝛ nos in ipo/
et [illegible] dñs [illegible]s:per quē omnia/ ꝛ nos ꝑ
ip[illegible] p[illegible] gradus ſit/ex quo ſunt oia:
ſec[illegible] ꝑ [illegible] oia:terti⁹/in quo oia.Et qꝛ
n[illegible]degener eſt/in vnitate dei ſig/
n[illegible] dicente apoſtolo:Qm̄ ex ipſo
[illegible] in ipſo ſunt oia:ipſi gloria in
[illegible]lorum.

Utrum adam ſpiritū ſanctū ha Queſtio.26.
buerit: Queſtio.CXXIII.

Comperi quoſdā ex fratribus nr̄is/ A
c nō plene diſcuſſiſſe ſcripturas/ſ ſim
plicitate animi aſſeuerare/q adā fa/
ctus ſanctū accepit ſpm̄ quē peccās amiſit:
ſicut nūc dat̃ credētib⁹:Hac ducti ratiōe/q̄
ſolet aſſeuerari a plurimis:qꝛ ꝑ fidē inſtau/
ratus ē hō:ita vt ad priſtinū reddit⁹ ſtatū/h
omne acciperet qȯ īter initia adā fuerat cō/
ſecutus:Et qꝛ ꝑfectus hō factuſ dicebatur:
q̄ ſi non habuit inquiūt ſpm̄ſctm̄/impfect⁹
fuit.Ego aūt nō ſolū hoieꝫ/ſed ꝛ cūcta que
fecit de⁹/que nō ꝑñt dici accepiſſe ſpm̄ſctm̄/
dico ꝑfecta.Oia eñ genera aialiū in ſuo ꝑ/
fecta ſūt/vt ipleant id ad qȯ ſūt facta:ita et
hō i ſuo genere ꝑfect⁹ ē vt poteſ ſit diſcerne/
re mala a bonis/praua a rectis.Eſt eñ aial
intelligibile/ perfectum ad id ad qȯ factum
eſt.Capax eſt enim diſcēdi/ excogitādi ꝛ fa
ciēdi:vt que virtute nō poteſt/ impleat ſen
ſu.Et quō auſi ſunt dicere:hoiem perfectū
naſci debere ꝛ totū ſcire/quē vidēt nihil vl/
tra noſſe ꝙ h̄ diſcat?Qȯ eñ diſcit/neſcit. Ar.ide contra
Deniqꝫ qm̄ q̄ hic nō diſcit qualis ſit neſcit:
Qui ſe ḡ neſcit qualis ſit/quō oia nouit:cū
minus ſit ſe noſſe ꝙ cetera?Sꝫ quia ȯ cete
ris diſcit/de ſe aūt nō diſcit:de alijs nouit/
de ſe neſcit:neqꝫ qualis ſit/ neqꝫ an añ cor/
pus/an poſt corp⁹ ſit.Nam ſi ſic perfectus

Ar.tim tfactus eſſet vt nulli⁹ egeret/nō fuerat ho/
mo/ſed deus:neqꝫ circūuētus ꝑuaricaſſet:
Spiritū autem ſanctū habere vltra naturā
et perfectionem hominis eſt vt poſſit ꝙ dei
ſunt. Nunquid nam quia aſina locuta eſt
Numeri. 22.e ad balaam/vltra perfectionē eius eſt? Acce
pit eñ vt poſſet quod naturę ſuę nō erat/ſꝫ
noſtrę. Itaqꝫ quia ꝓſtantior eſt homo cęte/
ris animalibus/idcirco illa impfecta dicen/
da ſunt? Aut quia ſancti angeli nō ſūt qꝺ
eſt deus/imperfecti ſūt? Uel quia lumina/
ria et ſtellę imperfectiores ſunt ſupernis an
gelis: vel quia nubila velamine ſuo obſcu/
rant ſolē ꝛ lunam minus perfecta ſunt? Et
quia membra inuicē egent (nō eñ poſſunt
pedes qꝺ poſſunt manus) imperfecta dicē
tur? Abſit. Omnia eñ ꝓ locis ꝛ gradibus
ſuis firma et perfecta ſunt: vt impleāt id ad
qꝺ facta ſunt. Igit omnia perfecta ſunt: qꝛ
ꝛ creator eoꝝ pfectus eſt: ſed ad comparati
onem eius imperfecta ſunt Deus enim per
omnia perfectus eſt/quaſi fons ꝛ origo om/
nium. Nam quę facta ſunt/ perfecta quidē
ſunt: ſed ad id ad quod facta ſunt/vt in alia
parte nō ſint perfecta/ qꝛ alter alteri⁹ eget:
et in eis quę nō egent/perfecta ſunt in quo
non egent: ideoqꝫ perfecta ꝛ impfecta ſunt
omnia. Manus indigēt pedibus: quia niſi
ambulauerint pedes/ ocioſę erunt manus.
Iterū pedes indigēt manibus: calciare eni
ſe nō poſſunt: neqꝫ curare. Cū ergo corpus
perfectū ſit membris/volare tamē nō pōt:
neqꝫ ferre tantū quantū poteſt burdo. Cū/
qꝫ i hi perfecti ſint/gubernare tamen ſe ne/
ſciunt: nec adhibere ſibi poſſunt medicinā.
Pſ.31. Unde dictū eſt: Nolite fieri ſicut equus et
mulus in quibus nō eſt intellect⁹. Et aqua
ꝛ ignis cuꝫ repugnant inuicē/ſuo genere p
fecta ſunt: Implent enim id ad quod facta
ſūt. Coqt eñ ignis ꝛ cōſumit: purgat ꝛ cale
fac. Aqua vō abluit ꝛ refrigerat ſitiētes re/
creat. Itaqꝫ cum omnia in ſuo genere perfe
cta ſint: ſine homine tamen nihil poſſunt.
neqꝫ homo quis pfectior ſit ſine his. Hinc
apl's impfectos ꝛ pfectos nos dic. Ad cōpa/
tionem enim infidelium nos perfecti ſum⁹:
quia deum cognoſcimus: Sed quia quę ꝓ/
miſſa ſunt minus ſcimus qꝫ debemus: quia
in hac vita nō tantū poſſumus comprehen
dere qꝫtuꝫ eſt qꝺ creditur/imperfecti ſum⁹.
B Igitur qñ putant perfectionē adę inſtau/
rari credentibus: videamus ſi hęc inſtaura/
tio nihil vltra doni habeat diuini qꝫ fuerat
conſecutus adam. Factus eñ adam poſit⁹
eſt i paradiſo/ vt oparet ibi ꝛ cuſtodiret eū:
hoc eſt vt coleret terrā ꝛ cuſtodiret ꝓcepta
dei: per ꝙ ſciret ſic ſe dominiū cunctoꝝ accę
piſſe: vt ipſe tamen ſub lege viueret creato/
ris: ne dñatio extolleret eum: ꝛ inflatus ſu/
perbia imemor fieret ſui conditoris. Poſi/
tus ergo eſt vt cibis ſuſtentere vita eius:
Per chriſtū aūt hoc cōceſſuꝫ eſt/vt reſurgē/
tes non egeant cibo vel potu: Quia quod
mortale eſt hominis/cōuertit in vitam. Fa/
ctus eſt adā vt habitaret in terra: fides aūt
largiri dignata eſt/vt in cęlis ſit habitatio
noſtra: ſcriptura ipſa teſtatur: Quia fact⁹ 1. Cor. 15.f.
eſt inquit/primus homo adam in aiam vi/
uentem: ſecundus autē homo in ſpiritū vi/
uificantē. Primus aūt homo de terra terre/
nus: ſecundus autē homo de cęlo cęleſtis:
Qualis terren⁹/tales ꝛ terreni: ꝛ qualis cę/
leſtis/ tales ꝛ cęleſtes: Quid tam apertū qꝫ
qꝛ adam non habuit ſpiritumſctm? Factus
eſt eñ ad in aiam viuentē: per chriſtū autē
in ſpiritū viuificantē: vt homo in aliquo ſi/
milis ſit creatori quē credit: qꝛ eñ myſte/
riū fidei qꝺ ad ſalutē datū eſt/trinū eſt: tri/
nus ſit corpore anima ꝛ ſpūſancto: per quē
dicimur filij dei: Qꝺ minime adā ꝓbat/ vo
cat⁹: ꝛ terrenus eñ factus eſt: Filij autē dei
nō carnaliter/ſ ſpiritalit nati cęleſtes dicūt
eſſe. Ecce abſolutū eſt donū dei multo plus
gratię ꝯceſſiſſe homini tpe ſaluatoris qꝫ ac/
cęperat adā: quia nō ſolū eſt inſtauratus/ſ
et melioratus. In eo inſtaurat⁹: qꝛ in pecca
tis ablut⁹ ꝛ inſtauratus ē: in cęteris melio/
rat⁹. Hoc eñ ꝛ iuſticia ꝛ rō exigebat/ vt tūc
vberior eēt clemētia dei in dādis bñficijs:
quādo myſteriū diuinitatis ſuę innoteſce/
re voluit creaturę: vt cognoſcētes qꝺ inco/
gnitū fuit/a ſęculis ꝛ generatiōib⁹ dei vni⁹
ſacramētū i trinitate ꝯſiſtere: ꝓ ipa nouita
tis qſi dedicatione pctis abluti inſup iuſti/
ficent ꝛ adoptati a deo ſpmſctm acciperēt
per quē ſignū adoptionis habere videant.
Adoptio eñ a deo ſignū habere debet dei
patris/ vt nō immerito filij dei appellentur.
Hoc donū etiā p ꝓphetas ꝓmiſſum eſt: vt C
tunc dare/qſi myſteriū dei declarari debe/
ret in triūpho deuicta morte: vt ſciret crea/
tura patrē ꝛ filiū ꝛ ſpūmſctm vnū eſſe deū.
Unde euangeliſta: Spiritus inquit nōdū Ioh.6.f.
erat datus: quia ieſus nō erat clarificatus.
Clarificatio enim hec eſt cum per virtutem
ſuam cognoſcitur eſſe qꝺ teſtificatus eſt de
ſe: quia clarificatio hoc donū dedit qꝺ per
iohelē ꝓphetā fuerat ꝓmiſſum. Ait eñ de/
us: In nouiſſimis diebus effundam de ſpi/ Iohel.2.g.
ritu meo ſuper omnem carnem ꝛc. Et apo/
ſtolus inter alia: Cum autē apparuerit inqt Ad titū.3.b.
benignitas ꝛ humanitas ſaluatoris dei no/

ſtri: nō ex opibus iuſticie q̄ fecim⁹ nos: ſ ſm
ſuā miſericordiā ſaluos nos fecit p lauacrū
regenerationis ⁊ renouationis p ſpm̄ſctm̄/
quē effudit in nos abunde p ieſum chriſtū
ſaluatorē nr̄m: vt iuſtificati gr̄a ipſius he/
redes efficeremur ſm ſpem vite eterne. Cō/
Johel.2.g. firmauit apl's qđ p iohelem ꝓphetā fuerat
ꝓmiſſuʒ: q2 ꝟ poſtq̄ clarificat⁹ ē ieſus iple/
uit de⁹/ vt ſpm̄ſctm̄ effūderet in illos q̄ cre/
dūt in chriſtū: ⁊ hoc eſt heredē fieri vite eter
ne/ ſpūmſctm̄ accipe: vt q2 ſpūs eternuſ eſt/
eternā habeat vitā q̄ accipit eū: Pign⁹ eſt
eni̅ imortalitatis. Qui eni̅ accipit eū ⁊ ma/
net in eius dilectione/ trāſacta hac vita per/
git in celos ad eū cuius ſpiritum habet. In
congruū eſt eni̅/ vt qui hinc exit habēs ſpi/
ritumſanctū apud inferos teneat̃. Signum
eſt eni̅ in hoie victorie chriſti/ qua vicit mor/
tē ſpūs eius: vt in quo fuerit ſpūs eius/ ab
D inferis teneri nō poſſit. Ac per hoc in vete/
ribus ſanctis non ita fuit ſpūſſanctus/ ſicut
nūc ē in fidelib⁹: q2 exeūtes de ſeculo apud
īferos erāt: Et n̄ pōt dici: q2 ſpūſſctūſ cā pec
cati ade/ qđ p traducē generis omne ſemen
eius ſubiectū fecit inferis/ ſimili tenebatur
ſentētia data ade. Cum ꝓphetis q̄ ⁊ iuſtis
viris ſanctū fuiſſe ſpiritū nō eſt ambiguū:
cū ꝓphetis/ ꝓpter diſpenſationē: cū iuſtis
vero cā ſanctitatis. Sicut legitur de ſctō ſi/
Luce.2.d. meone: q2 ſpūſanct⁹ īquit erat cū eo: nō vt
ſignum eſſet adoptionis in eo/ ſed merito/
rum eius gratia: Nā filij dei credētes tunc
eſſe ceperūt qn̄ manifeſtatus eſt filius dei/
victa morte cūcte creature. Si autē in adā
vel in ceteris ſic dicat̃ fuiſſe ſpūſſanctus ſi/
cut nūc eſt in fidelibus: q̄ noua dona dedit
deus/ cum regnum filij ſui dedicauit in no/
bis? Et quō felix ⁊ beatū tēpus pre ceteris
dicitur ſaluatoris aduēt⁹/ ſi ea preſtitit que
iā fuerant preſtita? Et vbi eſt illud qđ dicit
Math.13.c. ſaluator ad diſcipulos: Multi inquit pro/
phete ⁊ iuſti cupierūt videre q̄ videtis/ ⁊ au
dire que auditis/ ⁊ nō audierunt? Qua ra/
tiōe ergo poterit dici/ ꝙ beatitudo tempo/
ris huius nihil amplius cōtulit doni q̄ ve/
terib⁹ eſt collatū? Quod quidē ad iniuriam
ꝓficit ſaluatoris: vt nihil habuerit nouum
qđ in ortu imperij ſui ſuſcipiētib⁹ ſe dona/
ret: cū tn̄ laborare ſoleant diuites vt in die
feſto natalis ſui exq̄ſita inuitat[?] dent apro
forica. Quāta q̄ iniuria eſt: vt de⁹ hīs q̄s ad
nouū ⁊ inauditū diē feſtū ⁊ omni laude di/
gnū inuitauit/ nō dicat̃ habuiſſe īexꝑta q̄ do
naret? Et vbi ē illō euāgeliſte iohīs qđ dič:
Joh.1.b. In ſua venit: ⁊ ſui eū nō receꝑeſt: Quotqt
autē receꝑerūt eū/ dedit eis ꝑtātē filios dei

fieri his q̄ credūt in noīe ei⁹: q̄ nō ex ſangui/
ne/ neq̄ ex volūtate carnis/ neq̄ ex volūta/
te viri/ ſed ex deo nati ſūt? Igit̃ quō nō iuſ
tatū eſt qđ donauit credētib⁹ de⁹ in chriſto
qn̄ dedit eis ꝑtātē filios dei fieri. i. frēs filij
ſui ꝓprij: nō ex volūtate carnis ⁊ viri/ ſ ex
deo/ vt ſpiritaliter naſcerent̃? Aut ſi prius
gr̄a iſta cōceſſa ꝓbat̃: nūc nihil nouū aduen
tus chriſti cōtuliſſe dicat̃. Ade certe terrena
⁊ carnaliſ fuit factura: nō ſpiritalis: Nō eni̅
ex deo ſine carne ⁊ ſanguine natus eſt/ ſ de
terra a deo fact⁹ eſt: Ideoq̄ nō potuit ſpi/
ritumſctm̄ accipe/ q̄ nō erat ſpiritalis: ⁊ cui
cōceſſum nō erat patrē deū vocare in orati/
one. Qui eni̅ ſpm̄ſctm̄ accipiūt his dat̃ po/
teſtas: vt p id ꝙ ſpiritūſanctū habēt patrē
illū chriſtianoꝝ in oratiōe appellēt: Qđ q2
aū cōceſſum nō fuit/ nō poſſūt dici priores
ſpiritūſanctū habuiſſe. Hi ergo qui putāt
adam vel ceteros habuiſſe ſpiritūſanctum/
neſciunt quale donū habeant dei: nec gra/
tias congruas poſſunt ei agere: qui plus ce
teris accipientes/ nihil ſe dicunt amplius
conſecutos.

Quibus argumētatiōib⁹ ⁊ exē/ plis oſtendi poſſet/ vnū ideq̄ op⁹ differre ſm ꝑſonas in laudeʒ ſiue condēnationem: Qō.cxxiii. Queſtio.27.

A
V[na] eſt miſericordia in diuite ⁊ pau/
pere: ſed aliter imputat̃ diuiti/ aliter
pauperi: quia plus laudanda eſt in
paupe q̄ in diuite. Paup eni̅ q̄ exiguitate
ſua largiri nō timuit/ ſperans a deo ſibi re/
tribui ⁊ i p̄ſenti ⁊ i futuro. Credit eni̅ ſcꝑtu/
re dicēti: Quia q̄ tribuit paupib⁹/ n̄ egebit. Prouer.28.?
Vn̄ ⁊ paupcula illa diuitib⁹ multa mittēti/ Luce.21.a.
bus ſola meruit a deo collaudari: q2 de pe/
nuria ſua largiri nō timuit. Diuites ꝟo ſe/
curi de diuitijs ſuis largiunt̃: paup aūt ſe/
curus de dn̄o. Bn̄ igit̃ faciūt diuites dū lar
giunt̃ egenis: ſ mlto meli⁹/ pauꝑes. Ac p h̄
alia remuneratio paupis et alia diuit̃. Di/
uites eni̅ ſi h̄ nō fecerit/ vapulabit: A paupe
eni̅ nō exigit̃ tātū. Ideoq̄ laudabil̃ ē paup
miſericors. Furtū i paupe ⁊ diuite vnū pec
catū ē: ſʒ diuitē plus facit reū: q2 paup p in/
opiā facit furtū: diues aūt cū abūdet nō cō
tēt⁹ ſuo/ tollit aliena: ⁊ qđ pei⁹ ē/ ſolet paupe
res expoliare: ac per hoc differt pena vtri/
uſq̄: ⁊ iuſticia paupis/ ⁊ diuitis vna eſt/ ſed
laudabilis eſt in paupe magis: In egeſtate
eni̅ ꝯſeruare iuſticiā †magnifica reſ ē. Diues Al. † magnis.
aūt ideo ſeruare videt̃ iuſticiā/ quia alien⁹
ē ab inopia. Ergo †vterq̄ iuſt⁹ eſt/ ſʒ maius Al. † vtri/
eſt in neceſſitate ſuare iuſticiā. Supbia vna uſq̄ iuſticia
eſt: ſed plus dānanda in paupe eſt q̄ in di/

uite: quia diues copia elatus eſt: paup aut
in egeſtate ſuꝑbus/qđ ad inſaniā ꝑtinet: ac
ꝑ hoc plus reus ē paup. Humilitas vna eſt/
ſed magis laudanda in diuite eſt. Quid eñ
magnū eſt ſi paup humilis videat/quē ipſa
iopia humilē facit? Magnificū aūt ſi hic ꝗ
dignitate ⁊ copijs cōmendat/inclinet ſe: nō
ſibi vēdicās/quia m ereri ſe nouit: Ergo in
oībus humilitas bona eſt: ſed multo magꝭ
in diuite eſt. Doctrina ſtudij vna eſt cauſa/
ſed laudabilior in diuite eſt. Paup eñ cum
nulla prerogatiua cōmēdaret/ operā dedit
vt haberet vnde poſſet requiri. Diues aūt
cū eſſet vnde cōmendaret adhibito labore
auxit ſe/vt duplici genere neceſſarius eſſet:
Nō eñ auocatꝰ copijs retraxit animū ꝗ mi/
nus ꝑ ſe floreret: Et ideo hic magꝭ laude di
gnꝰ eſt ꝙ paup: Qui ſi ſtudijs operā mini/
me dediſſet/ꝑ oīa remanſerat vilis. Illū ꝗ
B voluntas/hūc neceſſitas fecit cupidū. Libi/
do in paupe/⁊ diuite eadē eſt: ⁊ damnabi/
lior in paupe ꝙ i diuite ē. Pauperē eñ ipſa
egeſtas reuocare debꝫ a cupiditate luxurię:
Cogitare eñ debet: qꝛ vñ hꝰ impleat nō ha
bet: ⁊ dum hoc feſtinat adimplere/alia mul
ta mala admittat neceſſe eſt: quibꝰ forte nec
ad preſens euadat: aut certe hoc ipſū qđ ha
bet inſumens mēdicus remanebit cū nota.
Diuitē autē delitiarū copię laceſſunt ad vo
luptatē libidinis. Pręterea qꝛ diuites ſecu/
ri ſunt de impunitate: ſciētes venalia eſſe iu
dicia: ⁊ nec redargui ſe ab aliquo. Quis eñ
dignitate fultū virū ⁊ diuitē arguere aude/
at? Unde magis accendunt/vt et violenter
hoc agāt. Hoc ſolū enim minime reꝑhēdū/
tur/ſed in magno honore ſūt ⁊ gloriari pñt:
qꝛ tales ſūt. Qꝫ ſi vterꝗ id ē paup ⁊ diues
pudicꝰ ſit: mltū differt pudicitia diuitꝭ a pu
dicitia paupis. Pauperē eni pōt hūilitas re
uocare ne qđ vult poſſit iplere/aut timor le
gū: Diues aūt cū multꝭ ſuffragātibꝰ cauſis
ad volūtatē poſſit allici/laudabꝭ ē/ſi auer/
tat hinc animū. Alia ꝗ remūeratiōe dignꝰ ē
diues pudicꝰ/⁊ alia paup pudicus. Qꝫ ſi rex
ſit pudicus/multū eſt ⁊ glorioſū: vt oīa i po
teſtate habēs nō ꝯtingat qđ ſcit ipune a ſe
poſſe fieri. Hic vere deū timet: hic vere ꝑcę/
pta eius cuſtodit: qui in poteſtate habens
leges/futurū dei iudiciū cōtemplat. Itaꝗ
grandis res eſt: vt qui in pręſenti nō habet
quē timeat: vincat qđ delectat: cū delecta/
tio tātū poſſit/vt nō ſolū futura/ſed ⁊ ꝑſen/
tia minime vereatur. Unde multū meren/
tur quicunꝗ hāc superāt: ſed maxime hi ꝗ
in ꝑſenti legibus ⁊ hominibꝰ dominantur.
Cęteri eñ ⁊ homines ⁊ leges verentur: ꝗre
⁊ ꝑpoſitū cuſtodiūt. Ne eñ apud homīes
erubeſcāt/ ſeruāt qđ diu tenuerūt: ⁊ ne cō/
demnent/a ꝓhibitis ſe abſtinent: hic autē
ꝗ dñatione nec leges timet nec hoīes eru/
beſcit/magnę glorię eſt ſi ſe abſtinet.

Contra euſebium: vtrū ſpūſſan/ctus ſciuit myſterium natiuitatis dominice: Queſtio.CXXV.

Queſtio.18.

Emini in ꝗdā libello euſebij quon/ A
m dam egregij/in reliquis viri legiſſe:
quia nec ſpirituſſanctus ſciat myſte
rium natiuitatis domini noſtri ieſu chriſti:
⁊ admiror tantę doctrinę virum hāc macu/
lam ſpirituiſancto inflixiſſe: Hoc eñ dicēs
degenerem illū ſignificauit. Neꝗ eñ pōt
dici de deo eſſe/ſi neſcit quę dei ſūt: qꝛ infe/
rior natura quid in potiore ſit/neſcit. Sin
vero ſubſtantię eſt eiuſdem et diuinitatis:
quō pōt neſcire quę ſua ſunt? Deniꝗ filius
dei/quia Ego inqt et pater vnū ſumꝰ: pro/ Joh.10.f.
pter vnitatē ſubſtātię nō immerito adiecit
dicens: Omnia quę patris ſunt/mea ſunt: Joh.16.c.
et quę mea ſunt/patris ſūt. Quobrē ſi ſpiri
tuſſanctus eiuſdē diuinitatꝭ eſt: qua ratio/
ne ſegregat ne ſit eiuſdē ſcientię: cū eiuſdeꝫ
nō negeꝫ eſſe ſubſtātię? Qđ plus eſt cōceſ/
ſit: qđ minus eſt renuens. Creatura eñ di/
ſcit ⁊ icipit aliqua ſcire de auctore/⁊ erūt ei
ꝗ didiceret cū auctore ſuo cōmunia: Sub/
ſtantia autem et diuinitas non poteſt deo
eſſe ⁊ creaturę cōmunis: Nam dei ſubſtan/
tia nō habet qđ diſcat: quia nihil eſt quod
ignoret: Subſtantia vero hominū non ha/
bet in natura vt ſciat/ ſed vt diſcat. Itaꝗ
naturę hominum accidit ſcientia: non ta/
men immutat ſubſtātia: quia hominis na/
tura dehabet ſcientiam: Sic enim condita
eſt/vt per exercitium acquirat ſcientiam:
Igitur maior eſt ſubſtantia ꝙ ſcientia: qꝛ
non ſcientia acquirit ſubſtantiam/ſed ſub/
ſtantia ſcientiam: et ſubſtātia eſt ſine ſcien/
tia/nō tamē ſcientia pōt eſſe ſine ſubſtātia.
In deo aūt ſicut ē ſuba/ita ⁊ ſciētia: qꝛ ipē
nihil habet qđ diſcit: ipſa enim ſuba eſt ſibi
ſciētia. Quobrē oīa i deo ſubſtātia dicunt:
Subſtātia eñ cui nihil deeſt: oīa ſbſtātia/
liꝭ habet: qꝛ nihil ei acceſſit ꝑ ſtudiū. Quō
ergo dici pōt de ſpūſācto quia neſcit nati/
uitatē filij dei/ſi cōſubſtātiuꝰ eſt ei? Nūꝗd
pōt vna eadēꝗ ſubſtātia/⁊ ſcire/ ⁊ neſcire?
Certe filiꝰ dei myſteriū natiuitatis ſuę non
didicit: ſcit ſubaliter/nō ꝑ doctrinā. Qua ꝗ
rōne ſpūſſanctꝰ dꝛ neſcire: cū ſimiliꝭ ipē ni/
hil habeat qđ diſcat/qꝛ oīa nouit ꝑ ſubaꝫ?
Sicut eñ dei filius/ita et ſpirituſſanctꝰ dei
ſubſtantia eſt/ dicēte domino: Omnia quę

pr̄is/ſūt mea ſūt: Per qđ ſignificauit ſubſtā
tiā dei pr̄is ſuā eē ſubſtātiā/⁊ ſpm̄ſanctū a
patre dicit ꝓcedere/⁊ de ſuo accipe. Et ideo
inqͥt dixi de meo accipiet: quia oīa quę pr̄is
ſūt/mea ſūt. Si a pr̄e ꝓcedit ⁊ de filio acci/
pit: quō filij neſcit natiuitatē/qn̄ ſuba eius
ſubſtantia filij eſt? Oīa em̄ ꝗ pr̄is ſunt/filij
ſunt: Sine dubio ꝗ pr̄is ſubſtātia ⁊ i ſpūſā/
cto ē. Adiecit em̄ filiꝰ dicēs: Et oīa ꝗ mea ſūt/
pr̄is ſūt. Quid ꝗ ābigit de ſpūſctō/an eiuſ/
dē diuinitat/ ſit/cū ſit eiuſdē ſubſtātię? Nā
ſicut de ſe dixit dn̄s/ꝙ a deo ꝓceſſit: ita ⁊ de
ſpūſctō teſtat. Et ne h̄ alit̄ poſſit iṗ̄tari: A
pr̄e inqͥt ꝓcedit: ⁊ de meo accipiet: vt a pa/
tre ꝓcedere/h̄ ſit de chriſto accipe. Cū em̄ dr̄
de filio dei accipe/nō ābigit etiā ipe eſſe de
deo/vt i ſctō ſpū pr̄is eē ſuba ⁊ diuinitas ſi
B ambigat. Itaqꝫ ꝙ hūc dicat neſcire filij dei
natiuitatē/ipi dr̄ogat cuiꝰ dr̄ accepiſſe. Nec
em̄ aliō accipit ꝙ̄ ipe ē de ꝗ accepit: qꝛ acce
piſſe de chriſto/ď deo ꝓceſſiſſe ſignificauit:
ideoqꝫ ſi pōt neſcire qđ h̄ ſcit de cuiꝰ accepit: ne
qꝫ ignorare dicendꝰ ē dn̄m: qꝛ a deo ꝓceſſit
certe filiꝰ dei: qꝛ de patre ē/ideo ſcit oīa dei:
Quare ꝗ ſpūſctūs negetur ſcire ꝗcūqꝫ chriſti
ſūt/cū de deo accepit? Itaqꝫ ſi ſcit filiꝰ dei ꝗ
i deo ſūt: dubiū nō ē etiā ſpm̄ſctm̄ nō igno/
rare ꝗ in filio dei ſūt: et ꝑ id qđ nouit ꝗ ſunt
in filio/nō neſcire dicendꝰ ē ꝗ in deo ſūt. De
eo em̄ ď quo accepit/dei habet noticiā. Et
qđ laboramꝰ cū teſtis ſit in hac re aplus di/
1.Corī.2.c. cēs: Nemo ſcit ꝗ ſunt in deo/niſi ſpūs dei?
Ecce in quo diu ſudauimꝰ aplō adiuuante
ipleuimꝰ: ⁊ nunqđ ꝑiudicauit filio dei: quia
nemīē dixit ſcire ꝗ i deo ſūt/niſi ſpm̄ dei?
Abſit. Sic nec ꝑiudicauit ſpūiſctō filiꝰ cū di
Matth.11.d. xit. Nēo nouit patrē: niſi filiꝰ. Nemīnē em̄
dixit ſcire ꝗ i ď o ſūt ꝑter eū ꝙ ď deo ē: qꝛ oē
qđ ď deo ē/nouit deū ⁊ ꝗ i deo ſūt. Natura
em̄ dei ipa ſe nouit: Quā cū itelligat eē etiā
in ſpūſctō ꝑ id qđ a pr̄e ꝓceſſit ⁊ ď filio acce
pit/tutū nō ē iſtū dicē neſcire patrē deū cuiꝰ
naturā agnoſcit i eo: et tn̄ ſaluator ſic dixit
nemīnē ſcire deū patrē niſi filiū/vt reſuaret
alij ꝑſonę huiꝰ cognitionē: ſtati ei ſubiecit di/
cēs: Et cui voluerit filiꝰ reuelare: Cui putat
vult reuelare filiꝰ? Nulli em̄ charior eē pōt
Roma.8.a ꝙ̄ ſpūiſctō. Quia ſi ꝗs inqͥt ſpm̄ chriſti nō
hꝫ/h̄ ſi ē eiꝰ: Quō ꝗ putas reuelatū deū pa
trē a filio ſpūiſctō: niſi quomō ipe dn̄s ait:
De meo accipiet. Creaturę em̄ ſi pōt reuela
re pater deꝰ: quia dei naturam ferre nō pōt
1.timoth.6.c. niſi fuerit eiuſdē ſubſtātię: Lucē etem̄ habi/
tat inacceſſibilē/ creaturę dūtaxat. Sed qui
buſdā videt ideo recte neſcire dici myſteriū
Roma.8.c. natiuitatis filij dei ſpūſanctꝰ: qꝛ oīa dicit

ſcrutari: ⁊ ꝙ ſcrutat inqͥūt/ neſcit vtiqꝫ. Qđ
ex alio loco debet intelligi. Dei enim verba
ſunt inter cętera dicētis: Ego deꝰ ꝙ ſcrutor Hiere.17.b.
renes ⁊ corda. Et i pſalmo: Scrutāſ ait cor Pſ.7.
da ⁊ renes deꝰ. Et apl's: Qui ſcrutat iqͥt cor Roma.8.c.
da/ſcit qđ deſideret ſpūs: qꝛ ſm̄ dei volūta
tē poſtulat ꝓ ſctis. His exēplis cū ſcrutari
dr̄ dei ſpūs/ nō igrare ſignificat. Etiā alta
dei dicit ſcrutari: Et ꝗ ſunt alta dei ꝗ dicat
ꝑuidere? Scrutari em̄ occulta ſignificat pe/
netrare/vt ꝑ id nihil ei occultū eſſe credat.
Alta em̄ myſteria dei ſunt interiora ꝗ ſcru/
tari a creatura nō poſſunt: Nā ⁊ ſm̄ dei vo
luntatē ⁊ ꝓ ſanctis dicit poſtulare: qđ ſan/
cti vtiqꝫ neſciūt/ dicēte aplō: Nā quid ore/ Roma.8.c.
mus ſic oportet neſcimꝰ: Ergo alta dei ſci/
re/et volūtatē dei nō ignorare/vnū ſignifi/
cat. Quid eni tā altū myſteriū ꝙ̄ volūtas
eſt dei: qđ cognitū eſt ſpūiſancto/cęteris vero
incognitū eſt. Omibus eteni contuendū ē C
quō dictū ſit: Qm̄ nemo ſcit qđ ſit in hoīe/ 1.Cori.2.c.
niſi ſpūs hoīs/qui in eo eſt: ſpiritū animaꝫ
ſignificauit: qꝛ nemo ſcit quid ſit i aīo ho/
minis/ niſi animꝰ eius ꝙ eſt ſpiritꝰ: Sic et in
deo nemo ſcit ꝗ ſūt dei niſi ſpūs dei/hoc ē
ipſe deꝰ. Qui em̄ in deo eſt/nō aliud intelli/
gitur eſſe ꝙ̄ deus eſt. Ideo ſpiritus dei ſcit
qđ in deo eſt/ qꝛ ď deo eſt: Nā ſi cogitatio/
nes hoim nemo nouit/niſi deꝰ: quāto ma
gis dei ſecreta ⁊ volūtatē nullus poteſt co/
gnoſcere niſi ſit de deo/hoc eſt idem ipe de/
us. Ipſe eſt enim ſibi ſoli cognitus: Nam
vtiqꝫ in deo nō ſunt cogitationes. Nec em̄
deus tractat apud ſe quid faciat/ aut quid
non faciat/deliberās an expediat: qꝛ oīa ꝙ
in deo ſunt ſine dubitatione ſunt: nō ꝑ ac/
cidentia/ſed ꝑ ſubſtantiā: nec ꝑ ſtudiuꝫ/ſed
naturā: qꝛ nō immutat: Ac ꝑ hoc nō aliter
nouit ſpirituſſanctus myſteria dei/niſi per
ſubſtātiā: vna em̄ ſubſtātia vnū habet ſen/
ſum ⁊ volūtatē: De deo loquit ꝙ ſemꝑ vnꝰ
et imutabilis ē/ſiue in filio/ſiue in ſpūſan/
cto. Qđ em̄ vult par/h̄ vult ⁊ filiꝰ: ⁊ qđ vult
filiꝰ/eadē vult et ſpūſſāctꝰ. Quobrem aliqn̄
dr̄ ſpūs dei/aliqn̄ ⁊ ſpiritꝰ chriſti: quia a deo
inqͥt ꝓcedit ⁊ de meo accipiet. Hinc eſt vn̄
iohannes apoſtolus ait: Et hoc ſcimus/qꝛ 1.Joh.3.d.
deus in nobis manet de ſpiritu ſuo quē de
dit i nob. Ergo ſi ſpū dei i nob manēte/ ma
nere dicitur in nobis deus/ſignificatur eſſe
ſpiritus dei. Deniqꝫ hoc eſt ſignum creden
tium ꝙ ſint filij dei/ vt cum hunc accipiunt/
dei ſe filios audeant appellare: Niſi enim
ſignum diuinitatis habuerint/dei filij dici
non poterunt. Quꝙ̄ aliquis verus dei filꝰ
nō eſt/vt ſit totus de toto ſicut ⁊ chriſtus:

Per adoptionē aūt fiūt filij dei: vt accipiē/
tes ſpm̄ chriſti ꝑ ipm̄ filij dei dicāt / ꝑ id qḋ
de deo eſt / quē i ſe habēt ſpm̄. In filijs em̄
ꝗuis adoptiui ſint / patris tñ ex aliq̄ parte
debet videri ſubſtātia. In mūdo em̄ q: res
imꝑfectę ſūt / adoptati ab hoibus filij / nul/
lū pign⁹ / ſ; ſolū nomē ac cipiūt: De⁹ aūt q:
ꝑfectus eſt / plus facit: vt adoptatis ſpiritū
ſuū det ꝑ quē aliquā veritatē adoptati ab
eo videant habere: q: vocabula ſine rebus
inania ſunt. Apl̄us noſter hāc aſſertionem
Roma.11.d. noſtrā adiuuat dicēs: O altitudo diuitiaꝝ
ſapiētię ꝛ ſciētię dei / ꝙ inſcrutabilia ſūt iu/
dicia ei⁹ / et inueſtigabiles vię ei⁹. Quid tñ
ſibi vult / ꝙ cū alibi dicat / ſcrutabilia eſſe al
ta dei. i. ſecreta hoc in loco deneget: dicens
iſcrutabilia eē. S; in h̄ loco de creatura di
xit: q: inſcrutabilia ſunt ei ſecreta vel iudi/
cia dei: ſpūi aūt ſancto eo ꝙ oīa dei nouerit
ſcrutabilia dixit eſſe cūcta q̄ in deo ſunt: vt
qḋ creaturę incognitum eſt / dei ſpm̄ aſſerat
D nō igrare. Dei ꝗ natura negari nō pōt: q̄ co
gnitū habet qḋ a creatura nō pōt cōprehē
di. Qui ḋgenerē dicūt ſpm̄ dei ſctm̄ / pulſāt
ꝓpoſitū q̄ totius creaturę ſalutē in trinita/
tis diuinitate conſiſtere declarauit: q: ſi cō
ſubſtātiu⁹ nō eſt deo et chriſto / ineptu; eſt
ponere iſtū in numero patris ꝛ filij / vt ſine
hoc nō ſal⁹ alicui ſit / neq; dignitas. Si em̄
nō eſt eiuſdē diuinitatꝫ / aut ſtulte / aut gra/
tis effectū eſt: qḋ abſit. Quis em̄ prudētū
deneget creatorē cū creatura cōnumerari
non poſſe: neq; ęternū cū eo q̄ ſub initio ſit
cōparari: neq; dn̄m cum ſeruo ęquari: neq;
potentē cū impotēte cōferri: neq; ſciū cum
inſcio ḋputari? S; iā ceſſet calūnia: Terti⁹
em̄ ordine ē / nō natura: gradu / nō diuinita
te: ꝑſona / nō ignorātia. Sicut em̄ filius dei
ſecūdus a patre eſt / ꝛ diuinitate minor non
ē: ita ꝛ ſpūiſanct⁹ ſequēs a filio ē: nō impar /
ſ ęq̄lis diuinitate ſubę. Deniq; q̄ legim⁹ de
filio dei / eadē legim⁹ ꝛ de ſpūſctō: ipo nob
Joh.14.b. teſtāte. Ait em̄: Rogabo patrē / ꝛ aliū ꝑacle
tū dabit vob ſpm̄ veritatis. Aliū cū dixit ſe
paracletū ſignificauit: Qḋ iohānes decla/
1.Joh.2.a. rat dicēs: Quia ſpūs dei poſtulat ꝓ pctis
Roma.8.c. nr̄is. Et paul⁹ apl̄s inq̄t: Ipſe ſpūs dei po
ſtulat ꝓ nob: Ecce ſcriptura ambos aduo/
catos eē oſtēdit. Et cū v̄itatꝫ illū dixit ſpm̄ /
nihil illū veritate a ſe differre oñdit: q: di/
Joh.14.k. xit: Ego ſū v̄itas. Miſſū ſe a pr̄e dixit / ꝛ ipē
mittere ſpm̄ ſāctū ꝓmiſit. Si ipē a mittente
impar non eſt: neq; a mittēte impar ab illo
ſpūſſanct⁹ eſt. Neq; em̄ q: tres ſūt ſinguli /
alter alterius mēbra ſūt vt diuerſa poſſint:
Una eſt em̄ potentia trium / vt nihil deſit
ſingul'. Hic finis ſit: Jam eni in libello ad/
uerſus arrianā impietate; digeſto / reliqua
plenius tractata ſunt: q̄ trinitatis cōplexa
ſunt indiſcretā vnitatem.

De eo q̄ fidē chriſti ꝑcepit / q̄d pre eminentie ſeu prerogatiue habeat ad gratiā cōſequēdam plus ꝙ infideles: Queſtio. CXXVI.

Queſtio.19.

A

Scriptum ē: Quia iuſto nihil ꝓderit Ezech.18.
iuſticia eius in qua die errauerit: et
quia iniuſto nihil oberit iniuſticia
ſua cū ſe cōuertit. Et dominus in euange/
lio: Qui non crediderit inquit / iam iudica/ Joh.3.c.
tus eſt: vt per hoc cum qui crediderit: nō iu
dicio ſubiectum ad ſententiā excipiendam
ſignificaret / ſed fidei merito laude dignum
futurum. Ergo cognitio dei hāc habet prę
rogatiuam / vt peccatorum conſequatur re/
miſſam. Credens enim dei eſſe filium ieſu; /
dignus exiſtit ab omnibus liberari pecca/
tis. Diu enim errore deuius cum per diuer
ſa ignorantię fluctibus iactaretur / illumi/
natus veritatis †coruſcationem nactus eſt Al. occaſionē.
in qua poſt nimias tempeſtates requieſcat
ſecurus: cui congruit vt poſt cognitionē tē
peret ſe ab his quę iam pridem in ignorā/
tia poſitus agebat. Quid em̄ ꝓdeſt cogni/
tio / ſi manet priſtina cōuerſatio? Hinc ete/
nim quis videtur cognouiſſe deū ſi vitam
mutet ꝛ cōuerſationem ſuam corrigat. Co
gnitus enim deus timeri debet: quia iudi/
caturus pręcicatur / vt ꝛ fideles iuſticię ſuę
percipiant fructum: ꝛ impij / id eſt incredu/
li perfidię ſuę cōgruas pęnas exoluant. Cō
uenit enim iuſtos in futuro gaudere / vbi re
gnabit chriſtus cu; ſuis: Ut ſicut in ſęculo
ſunt opprobrio / ꝛ iniurijs ſubiacēt / in quo
princeps eſt diabolus: ita et in regno glo/
rioſi appareant: propter qḋ cōtemptibiles
iudicati ſunt a mundanis: Iniuſtos autē
quia falſo florere videntur / per mendacium
repugnantes veritati in pęna tribulari: vt
qui per fucum glorioſi viſi ſunt / per verum
deſpecti et humiliati nimis appareāt. Tūc
enim iuſti ſe crediſiſſe gaudebunt / cu; per/
fidos viderint cruciari: ꝛ nec pęnitebit per/
fidos non crediſiſſe / niſi viderint gloriā eo/
rum et ſua; pęnam: quos quia crediderūt
ſtultos ꝛ cōtemptibiles arbitrati ſunt. Er/
go ex eo ꝙ ꝓfitetur ſe quis chriſtianū eſſe:
id ſtudere debet ne peccet / ꝛ armare ſe con/
tra vitia: Et q: impoſſibile eſt ſemꝑ vince/
re: ſi victus fuit / dolere ne iterum vincatur:
quia qui ſe dolet victū reparat ſe. Qui ergo
repugnat / habet vñ ſe excuſet ſi vict⁹ fuerit:
Oſtendit em̄ ſe votū habuiſſe vincēdi / ſed

min ime ꝑualuiſſe: De hoc ſpes ē/quia pōt
ſe reparare/vt aſſidua meditatiōe in cōgreſ
ſione peritioꝛ ⁊ fortioꝛ inueniať. Nam qui
ad hoc ſurgit/vt peccet: iexcuſabilis effectꝰ
pergraue͂ habet cauſā. Peius eſt enim ſub
dei viuere profeſſione/⁊ voluntate͂ habere
peccandi/ꝙ̄ ſi ignoꝛet quis deū ⁊ turpiter ⁊
cōtamitate verſeť. Hic em̄ neſcit quę timere
B debeat: ille ſciens cōtemnit. Credentes er/
go accipiūt remiſſione͂ peccatoꝝ: nō tn̄ glo/
rioſi erunt/niſi poſt accęptam fide͂ vixerint
ſub dei nominis timoꝛe: vt colluctati cōtra
hoſtes chꝛiſtiani nominiſ victoriā faciāt/vt
poſſint pꝛemiū mereri dū plus vincunt ꝙ̄
vincunť. Nam qui intelligit deū ⁊ nō acce/
dit ad fidem eius ne viuat chꝛiſtianꝰ/ſed in
fine vult fide͂ accipe/vt moꝛiať chꝛiſtianus:
aut erubeſcit chꝛiſtianus viuere/aut pecca/
tis operā dat/quę arbitrať poſſe ſibi remit/
ti cum crediderit: iſtū puto nō bonā cauſaꝫ
habere: quia vt ꝙ̄diu in ſęculo ē peccet/nō
vult fieri/nec viuere chꝛiſtianus: aut cōfun/
diť fieri chꝛiſtianꝰ: Quale͂ ſperat deuꝫ: cui
cū militare erubeſcit/vult ab eo ſtipendiuꝫ
accipe? Hmōi irriſoꝛ eſt: Sciens em̄ ſe iā nō
tempus habere vt peccet/moꝛte imminen/
te tunc vult fieri chꝛiſtianus: vt qꝛ iam non
pōt peccare/credere ſe dicit i chꝛiſtū: Quaſi
qui execratoꝛ peccati eſt: non vt iam ſe no/
lit peccare/ſed vt nō poſſit ꝑueniente moꝛ/
Gal.6.b te. Iſtis debet legi: quia deꝰ nō irrideť. Nā
⁊ ſole͂t huiuſmodi talia dare mādata/vt iā
defectꝭ ⁊ alienis tm̄ anhelātibꝰ deť fides/ti/
mentes ne euadāt ⁊ cōfundanť/quia facti
ſunt chꝛiſtiani. Quibus recitanda ſūt euā/
Marci.8.d. gelij v̄ba: Qui inqt dn̄s/erubuerit me cō/
fiteri in hac generatiōe: ⁊ filiꝰ hoīs cōfundet
eū cū venerit i regno patris ſui. Sꝫ foꝛte di
cant/ſcientes fragile eſſe genꝰ humanū: id/
circo in fine vitę volumus fidem accipe/ne
us. Deinde ſi ꝑpter imitationem hoc loco De natura et
apľs cōmemoꝛaret primū hominē: qꝛ pri/ gratia.ca.9.
mus peccatoꝛ in hominib⁹ fuit: vt ideo ad illū oēs hoīes peccatoꝛes diceret ꝑtinere:
cur nō ſecundū abel poſuit/ q̄ ꝑmus i hoi/ Gen.4.a.
bus iuſtus fuit: ad quē iuſti oēs ꝑpter imi/ Heb.11.a.
tationē iuſticię ꝑtinerēt: ſed poſuit adā/cō/ tra quem non poſuit niſi chꝛiſtū? Quia ſi/ cut ille homo delicto ſuo vitiauit poſteri/ tatē ſuā: ſic iſte deus homo iuſticia ſua ſal/ uauit hęreditatē ſuā: Ille traijciendo car/ nis immundiciā/quod nō poterat impius diabolus: ille donādo ſpūs gratiā/qđ non poterat abel iuſtus. Multa ꝺ his q̄ſtioni/ bus ab alijs noſtris opuſculis ꝛ eccleſiaſti cis ſermonib⁹ dixim⁹: qm̄ fuerūt etiā apud nos quidā/qui vbicūq; poterāt/hęc ſui er/ roꝛis noua ſemina ſpargerēt: quoꝝ nōnul/ los ꝑ miſteriū noſtrū fratrūq; noſtroꝝ mi/ ſericoꝛdia dñi ab illa peſte ſanauit. Nec tñ

hic deeſſe aliquos arbitroꝛ/ maxime apud
carthaginē:ſed iam occulte muſitāt/timen
2. Retract. ca.33.a. tes eccleſie fundatiſſimā fidem: Naꝫ vnus
eoꝛum nomine celeſtius/ in eiuſdē ciuita/
tis eccleſia/iam ad preſbyterij honoꝛē ſub/
repere ceperat:ſed fideliſſima libertate fra
trum ꝓpter has ipſas contra chꝛiſti gratiaꝫ
diſputationes/ vſqꝫ ad iudiciū epiſcopale
perductus eſt: tamen coactus eſt confiteri
ꝓpter baptiçandos paruulos/qꝛ ipſis re/
demptio ſit neceſſaria. Ubi ꝗꝗ voluerit
de oꝛiginali peccato aliquid expꝛeſſius dice/
re:tamen in ipſius redemptionis nomine
non parum ſibi pꝛeſcripſit. Unde eñ redi/
mendi ſunt niſi a diaboli poteſtate:in qua
eſſe non poſſent/niſi oꝛiginalis obligatio/
ne peccati? Aut quo pꝛecio redimūtur/niſi
chꝛiſti ſanguine: de quo apertiſſime ſcri/
Math. 26.c. ptum eſt/ ꝙ in remiſſionē effuſus ſit pecca/
toꝛum? Sed quia magis conuictus eſt ab
eccleſia/deteſtatus ꝗ coꝛrectus ⁊ pacatus
abſceſſit: veritus ſum ne foꝛte ipſe ibi ſit/
qui noſtrā fidē ꝑturbare conatur: ideo no/
minis ipſius cōmemoꝛationeꝫ putaui eſſe
faciendā: Sed ſiue ipſe ſit/ſiue alij conſoꝛ/
tes eius erroꝛis:plures eñ ſunt ꝗ ſperare
poſſumus: et vbi nō redarguuntur/etiam
alios ad ſuam ſectam ſeducūt:⁊ ſic crebꝛe/
ſcunt vt neſciā quo ſint erupturi: Nos ta/
men maluimus eos in eccleſie compage ſa
nari/ꝗ ex illo coꝛpoꝛe velut inſanabilia mē
bꝛa reſecari: ſi tamen hoc ꝑmittit ipſa ne/
ceſſitas. Timendū eſt eñ ne plura putre/
ſcant/dum putribus parcitur. Potens eſt
autem miſericoꝛdia dñi noſtri/que potius
eos ab hac peſte liberet: quod ſine dubio
faciet/ ſi fideliter aduertant teneātqꝫ quod
Johel.2.g. ſcriptum eſt: Qui inuocauerit nomen dñi/
ſaluus erit.

Utrum diues manens in diui/ tijs/regnum dei ingredi poſſit/ ⁊ ſi non omnia vendiderit:et ſi ſibi ꝓ/ deſſe poſſit/ſi foꝛte ex ipſis diuitijs fecerit mandata: Queſtio.III.

A a Udi iam pauca de diuitibus/quod
in epiſtola tua ſequit̃ inquirendū.
Hoc eñ poſuiſti illos dicere: Diui
tem manentē in diuitijs ſuis/regnū dei nō
poſſe ingredi/niſi oīa ſua vendiderit:nec
ei ꝓdeſſe/ſi foꝛte ex ipſis diuitijs mandata
fecerit. Euaſerūt iſtoꝝ diſputationes/pa/
tres noſtri abꝛaā/iſaac et iacob:qui tanto
ante ex hac vita migrarūt:habebāt quippe Gen.13.a.
hi omnes nō ꝑuas diuitias/ ſicut fideliſſi/
ma ſcriptura teſtat̃: Multos tamē ventu/ Math.8.b.
ros ab oꝛiēte ⁊ occidēte/⁊ non ſupꝛa ipſos
vel extra ipſos/ſed cū ipſis recubituros in
regno celoꝝ:ille ipſe qui ꝓpter nos factus 2.Coꝛi.8.b.
eſt pauper cum vere diues eſſet/ veriſſima
ꝓmiſſione ꝑdixit. Et ꝗuis ſuꝑbus diues Luc.16.c.
qui induebatur purpura ⁊ byſſo/ et epula/
batur quotidie ſplendide/ moꝛtuus apud
inferos toꝛqueretur:tamē ſi pauperis vlce
roſi/qui ad ianuā eius cōtemptus iacebat/
miſeratus fuiſſet:mereret̃ ⁊ ipſe miſericoꝛ/
diā: Et ſi pauperi illi meritū eſſet inopia/ nō
iuſticia:non vtiqꝫ ab angelis in abꝛae gre
miū/qui diues hic fuerat/ tolleret̃. Sed vt
nobis oſtenderet̃:nec in iſto paupertatē per
ſeipſam diuinitus honoꝛatā:nec in illo di/
uitias fuiſſe damnatas/ſed in iſto pietatē/
in illo impietateꝫ ſuos exitus habuiſſe: ſic
ſuſcepit impiū diuitem cruciatus ignis/ vt
tamē piū pauperē ſuſciperet ſinus diuit̃.
Qui ſane cū hic diues viueret/diuitias ſic
habebat:⁊ eas ꝓ dei pꝛeceptis paruipēde/
bat:vt etiā cū ipſius filij immolatione nol Gen.22.b.
let offendere deum iubentē:quem ſuaꝝ di
uitiarum ⁊ ſperabat et optabat heredem. B
Hic vtiqꝫ dicūt:ideo patres antiquos nō Obiectio
vēdidiſſe oīa que habebāt ⁊ dediſſe pau
peribus/qꝛ hoc eis nō ꝑceperat dñs: Non/
dum eñ reuelato teſtamēto nouo/qđ non
fieri niſi plenitudie tēpoꝛis opoꝛtebat/nec
coꝝ virtꝰ fuerat reuelanda: qua ꝟtute hoc
eos faciliime poſſe deus in eoꝝ coꝛdibꝰ no
uerat/qui teſtimoniū illis tā inſigne perhi
bebat: vt cū ſit oīm ſanctoꝝ deus/ tanꝗ ð
ꝑcipuis amicis ſuis dicere dignaret̃: Ego Exo.3.d.
ſū deus abꝛaā/deus iſaac/deus iacob:hoc
mihi nomen eſt in eternū. Poſtea vero ꝗ
magnū pietat̃ ſacramētū manifeſtatū eſt
in carne: ⁊ vocādis oībꝰ gētibꝰ chꝛiſti ad
uētus illuxit:in quē etiā illi patres credide
rant: ſed huius fidei oliuā ſuo tp̃e manife/
ſtandā/in illius arboꝛis de q̃ apſus loquit̃ Roma.11.c.
tanꝗ radice ſeruabāt/dictū ē diuiti: Uēde Math.19.c.
omnia que habes ⁊ da pauꝑibus:et habe/
bis theſaurum in celis/⁊ veni ſequere me.
Hec ſi dicunt/videntur aliquid rationabi/ Reſponſio
liter dicere: Sed totū audiant/ totū aduer
tant:nō in parte aures apiāt/in ꝑte ſurde/
ſcant. Cui eñ dñs hoc ꝑcepit? Pꝛofecto il
li diuiti/qui vite eterne ꝯſequēde conſiliū

queꝛebat accipere. Hoc enī domino dixe/
rat: Quid faciā vt vitā ęternā conſequar?
Ille autē ei non reſpondit: Si vis venire
ad vitā/ vade vende oīa que habes: ſed/
Si vis venire ad vitā/ſerua mādata. Que
iuuenis cum ſibi a domino ex lege cōme/
moꝛata ſeruaſſe dixiſſet: et ꝙſiſſet quid ad/
huc ſibi deeſſet: Reſponſū accepit: Si vis
pfectus eſſe/ vade ꝛ vēde oīa que habes/
et da pauperibus. Et ne ſe illa que multū
amabat/hoc modo pdere exiſtimaret: ꝛ ha
bebis inquit theſaurū in cęlis. Deinde ad/
didit: Et veni ſequere me: ne cuiꝗ cū hec
feceꝛit/aliquid ꝓdeſſe exiſtimetur/ ſi nō ſe/
quitur chꝛiſtū. At ille quidē triſtis abſceſ/
ſit. Qui viderit quēadmodū illa legis mā
data ſeruauerat. Puto enī ꝙ ſe arroganti/
us ꝙ verius ſeruaſſe reſponderat. Verūta
men magiſter bonꝰ mandata legis ab iſta
excellētioꝛe pfectione diſtinxit. Ibi enī di/
xit: Si vis venire ad vitā/ſerua mandata.
Hic autē: Si vis pfectus eſſe/ vade vende
omnia que habes ꝛc. Cur ergo negamus
diuites/ꝗuis ab illa pfectione abſint/ ve/
nire tamen ad vitam ſi mandata ſeruaue/
Luc.6.f. rint/ ꝛ dederint vt detur illis: dimiſerint vt
dimittatur illis? Credimus enī miniſtrum
noui teſtamenti fuiſſe apoſtolū: Cum ſcri/
1.timoth.6. bens ad timotheū diceret: Pręcipe diuiti/
bus huius mundi non ſuperbe facere: ne/
ꝗ ſperare in incerto diuitiarū/ ſed in deo
viuo/ qui pręſtat nobis omnia abundan/
ter ad fruendū. Bene faciant diuites: ſint
in operibus bonis: facile tribuant: cōmu/
nicent: theſauriꝫent ſibi fundamentū bo/
num in futurū/ vt apprehendant verā vi/
tam: De qua et illi adoleſcēti dictū eſt: Si
vis venire ad vitam. Puto ꝙ iſta pręcipi/
ens/diuites inſtruebat/ non fallebat apo/
ſtolus: iubens diuitibus huius mūdi: non
vt vendant omnia que habent/ ꝛ dent pau
peribus/ ꝛ ſequātur dominū: ſed nō ſuper/
be ſapere/ neꝗ ſperare in incerto diuitiaꝝ.
Luc.16.e. Iſta ſuperbia diuitē illū/qui iacentē ante
ianuam ſuā contemnebat pauperē iuſtū:
ꝛ iſta ſpes in incerto diuitiarū/ qua ſe pro/
pter purpuram/byſſum et epulas ſplendi/
das beatum putabat/ nō ipſe diuitię per/
C duxerunt ad inferni toꝛmenta. An foꝛte qꝛ
Math.19.c. dominus adiunxit: Amen dico vobis: dif/
ficile diues intrabit in regnū cęloꝛum. Et
iterū dico vobis: Facilius intrabit came/
lus p foramē acus/ ꝙ diues in regnū cęlo/
rum: ideo putant iſti diuitē etiam ſi faciat
iſta que diuitibus pcipienda ſcripſit apo/
ſtolus/in regnū cęloꝛū intrare non poſſe?
Quid ergo ē? Utrū apoſtolus contra do/
minū loquitur: an iſti neſciunt quid loquū
tur? Quid hoꝝ credat/eligat chꝛiſtianus.
Puto melius nos credere iſtos neſcire ꝗd
loquantur/ ꝙ paulū contra dominū loqui.
Deinde cur nō in ꝯſequētibus etiā ipſum
dn̄m audiunt dicentē diſcipulis ꝓ miſeria
diuitū contriſtatis: Quod hominibus im/
poſſibile eſt/deo facile eſt? Sed ideo inqui
unt hoc dictum eſt: quia futurū erat/ vt au
dito euangelio/ diuites vendito patrimo/
nio/erogatoꝗ pauperibus dn̄m ſequeren
tur/ ꝛ intrarent in regnū cęloꝝ: atꝗ ita fie/
ret quod difficile videbat: non vt manen/
tes in diuitijs ſuis pcepta apoſtoli cuſto/
diendo/id eſt non ſupbe ſapiēdo/ neꝗ ſpe/
rando in incerto diuitiarū/ſed in deo viuo
benefaciendo: facile tribuēdo ꝛ cōmunicā/
do indigentibus verā apprehendant vitā:
ſed etiā iſta pcepta apoſtolica/ vēditis om
nibus ſuis rebus implerent. Hęc ſi dicunt:
ſcio quippe eos illa dicere: non attendunt
pꝛimitus quemadmodū dn̄s contra eoꝝ
dogma ſuā gratiā pdicauerit. Non enī ait:
Qđ impoſſibile hominibus videt/facile ē
hominibus ſi voluerint: ſed qđ hominibꝰ
inquit impoſſibile eſt/deo facile eſt: oſten/
dens qn̄ iſta recte fiunt: nō fieri hoīs potē/
tia/ſed dei gratia. Hęc ergo attendant iſti:
et ſi repꝛehendūt eos qui gloꝛiant in diui/
tijs ſuis/caueant ipſi in ſua virtute ꝯfide/
re. Simul enī vtriꝗ repꝛehenduntur in pſal
mo: Qui ꝯfidūt in virtute ſua: ꝛ qui i abū/ Ps.48.
dantia diuitiaꝝ ſuarū gloꝛiātur. Audiant
itaꝗ diuites: Quod hominibꝰ impoſſibile
eſt/deo facile eſt: ꝛ ſiue manētes in diuitijs
ſuis/ſiue illis venditis/ ꝛ p indigētias pau/
perū diſtributis intrēt in regnū cęloꝝ: gra/
tię dei tribuant/non ꝓpꝛijs viribus bonū
ſuū. Quod enī hominibus impoſſibile eſt:
nō hominibus/ſed deo facile eſt. Audiant
hoc et iſti: Et ſi iā omnia ſua vel vendide/
runt ꝛ pauperibus tribuerūt/ vel adhuc id
agunt atꝗ diſponūt: et hoc modo prępa/
rant intrare in regnū cęloꝝ: non hoc tribu
ant virtuti ſuę/ſed eidē gratię diuinę. Qđ
enī hominibus impoſſibile eſt/ non ipſis:
qꝛ et ipſi homines ſūt/ſed deo facile ē. Hoc

Phil.2.b. quippe illis ⁊ apoſtolus dicit: Cum timo-
re et tremore veſtram ipſorum ſalutē ope-
ramini. Deus eñ eſt qui operat̃ in vobis/
et velle et operari ꝓ bona voluntate. Cer-
D te ideo ſe dicunt de ſuis rebus vendendis
perfectionis a domino ſuſcepiſſe conſiliū/
vt ſequātur dominū: quoniā illic additū
Matth.19.c. eſt: Et veni ſequere me. Cur ergo in his bo
nis quę faciunt/ de ſua tñ voluntate prę-
ſumūt: nec audiunt dominū (quem ſequi
Joh.15.a. ſe dicūt) increpantē atq; teſtantē: Sine me
nihil poteſtis facere? Si autē apoſtolus ita
1.timoth.6.d. dicit: Pręcipe diuitibus hui⁹ mundi nō ſu-
perbe ſapere/neq; in incerto diuitiarū: vt
vendant omnia quę poſſident/et ea precia
diſtribuendo indigentibus/faciant qđ ſe-
quitur: Facile tribuant/cōmunicēt: theſau
rizent ſibi fundamentū bonū in futurū: et
aliter eos in regnū cęlorū intrare poſſe nō
credit. Fallit ergo eos/quoꝝ domos tā di-
ligenter doctrinę ſanitate cōponit: admo-
nēs ⁊ ꝑcipiēs quales ſe ꝑbere debeāt vxo-
res viris/ viri vxorib⁹/filij parētibus/parē-
tes filijs/ſerui dñis/dñi ſeruis: Nā quō hęc
agi poſſit ſine domo/et ſine aliq̄ re familiari?
E An hoc eos mouet qđ ait dñs: Quicunq;
Matth.19.d. dimiſerit oñia ſua ꝓpter me/accipiet ī hoc
cētuplū/⁊ in futuro vitā ęternā poſſidebit?
Aliud eſt dimiſerit/aliud ē vendiderit: Nā
et in his quę dimittenda mandauit/etiam
vxor cōmemorata eſt: quā nullis humanis
legibus licet vendere: chriſti autē legibus
nec dimittere/exceꝑta cauſa fornicationis.
Quid ſibi ergo volūt iſta ꝑcepta? Non eñ
poſſunt inter ſe eſſe ꝯtraria/niſi q2 incurrat
aliqñ neceſſitatis articulus/ vbi aut vxor
dimittat̃/aut chriſtus/vt alia omittā/ ſi ipſi
vxori marit⁹ diſplicuerit chriſtian⁹: eiq; ꝓ-
poſuerit/aut a ſe diuortium/aut a chriſto?
Hic ille quid eligat niſi chriſtū/et dimittat
vxorē laudabiliter ꝓpter chriſtū. Ambob⁹
Matth.5.e. quippe chriſtianis dñs ꝑcepit/ ne quiſq; dimit-
tat vxorē excepta cauſa fornicatiōis. Ubi
autē qlibet in eis ꝑſona infidelis eſt/ꝯſiliū
1.Corin.7.c. apl̃i attēdatur: vt ſi infidelis conſentit ha-
bitare cū viro fideli/vir non dimittat vxo-
rem: Similiter et vxor fidelis virū/ſi cū illa
habitare conſenſerit. Q2 ſi infidelis inquit
diſcedit/diſcedat: Non ē eñ ſeruituti ſub-
iectus frater aut ſoror ī hmōi.i. ſi infidelis
voluerit eſſe cum coniuge fideli. Hic agno
ſcat fidelis ſuam libertatē: ne ita ſe ſubie-
ctum deputet ſeruituti/vt ipſā dimittat fi
dē/ne coniugē amittat infidelē. Hoc ⁊ de fi
lijs ac parētibus/hoc de fratrib⁹ ⁊ ſororib⁹
ītelligit̃ ꝓpter chriſtū oēs eſſe dimittēdos:
cū ꝓponit̃ iſta ꝯditio vt chriſtū dimittat/ſi
illos ſecū habere deſiderat. Hoc ḡ ⁊ de do-
mo atq; agris: hoc ⁊ de his rebus q̄ iure pe
cuniario poſſident̃/hoc loco accipiendū ē.
Simul eñ etiam de his nō ait: Quicunq; F
vendiderit ꝓpter me quęcūq; licitū eſt vē-
dere: ſ;/quęcūq; dimiſerit. Fieri eñ pōt vt di-
cat̃ chriſtiano ab aliq̄ ꝑtāte: Aut chriſtian⁹
nō eris: aut ſi ī hoc ꝑmanere volueris/ do-
mū poſſeſſioneſq; nō habebis. Cū ꝟo etiā
illi diuites/q̄ in ſuis diuitijs ſic ſtatuerant
ꝑmanere/vt ex eoꝝ bonis opib⁹ ꝓmererē-
tur deū: hęc dimittāt potius ꝓpter chriſtū/
q̄; ꝓpter hęc chriſtū: vt accipiāt in hoc ſęcu
lo centuplū: cui⁹ numeri ꝑfectione ſignifi-
cant̃ oñia. Fideli quippe homini tot⁹ mun Hiero.in ꝓlo go biblicum.
dus diuitiarū eſt: ſuntq; hoc mūdo q̄ſi ni-
hil habentes ⁊ oīa poſſidētes/ vt in futuro 2.Corin.6.b.
ſęculo poſſideant vitā ęternā: ne ꝓpter iſta
dimiſſo chriſto ī mortē ꝑcipitent̃ ęternam.
Hac quippe lege ⁊ ꝯditione: nō illi tñ q̄ mē
tis excellētia ꝑfectionis ꝯſiliū recęperunt/
vt vēdita ſua pauperib⁹ diſtribuerēt: ⁊ hu-
meris ab oñi ſęculi hui⁹ ſarcina liberiori- Matth.11.d.
bus leuē chriſti ſarcinā ferrēt/ſed etiā quiſ-
q̄s infirmior/⁊ illi glorioſiſſimę ꝑfectiōi min⁹
idoneus: q̄ tñ ſe meminit veraciter eſſe chri
ſtianū/cū audierit ſibi ꝓponi q̄ niſi hęc oīa
dimiſerit/dimiſſurus ē chriſtū: apprehendet
potius turrim fortitudinis a facie inimici: Pſ.60.
q2 eā in ſua ędificaret fide/cōputauit ſū-
ptus quibus ꝑfici poſſet.i. eo animo acceſ
ſit ad fidem/vt huic ſęculo nō ſolū ꝟbis re-
nunciaret: quia etſi emit aliq̄d/ tanq̄; non
poſſidēs erat: et ſi vtebatur mundo/ tanq̄;
nō vtēs erat: nō ſperās ī incerto diuitiaꝝ/
ſed in deo viuo. Cū eñ oñis qui renūciat
huic ſęculo/ſine dubio renūciet oñibus q̄
ſunt ei⁹/vt poſſit chriſti eſſe diſcipul⁹. Ipſe
etiam cū de ſumptibus ad turris ędificatū
neceſſarijs/⁊ de bello aduerſus regem alte
rum pręparādo/ſimilitudinē ꝑmiſiſſet/ad-
iunxit ſic: Qui nō renūciat oñibus q̄ ſunt Luc.14.e.
eius/nō poteſt meus eſſe diſcipul⁹: ꝑfecto
renūciat etiā diuitijs ſuis ſi q̄s habet. Aut
ſic vt eas oñino non diligens/totas diſtri
buit indigētibus/vt ſuꝑfluis exoneret̃ ſar-
cinis. Aut ſic vt plus diligēs chriſtū ſpem

ab eis trāſferat in ipſum: atq; ita vtat illis/
vt facile tribuēs ⁊ cōmunicans theſauriçet
in cęlo: paratuſq; fit quēadmodū parētes ⁊
filios ⁊ fratres ⁊ vxorē/ hoc modo ⁊ iſtas re/
linqre: Si talis conditio ꝓpoſita fuerit: vt
niſi dimiſſo chriſto eas habere non poſſit.
Nā ſi aliter huic ſeculo renūciat: qn̄ accedit
Cyprian⁹ de lapſis. ad fidei ſacramentū/ facit qđ de lapſis bea/
tus cyprianus ingemuit dicēs: Seculo ver
bis ſolū renūciātes/ ⁊ nō factis. De h̄ qppe
dr: cū veniēte tēptatione magis iſta metuit
amittere q̄ chriſtū negare. Ecce hō qui cę/
pit ędificare/ ⁊ nō potuit pficere. Ipſe ē eti/
am: q̄ cū adhuc lōge eſſet aduerſarius eius/
miſit legatos quęrēs pacē: id ē nondū affli
gente/ ſed adhuc imminente ac minante tē/
ptatione: vt his non careat q̄ plus diligit/
ad relinquendū chriſtū negaudūq;/ cōſen/
E tit. Et multi ſunt tales qui etiam putāt ſibi
ad augēdas opes ſuas et multiplicāda de/
lectamēta terrena/ religionē ſuffragari de/
bere chriſtianā. Sed nō ſunt tales diuites
chriſtiani: qui licet iſta teneāt/ nō tn̄ ab eis
ita tenenť/ vt hec chriſto anteponāt: qꝛ ve/
raci corde ſeculo renūciarūt vt nullā ſpem
in talibus ponant. Hi vxores et filios vni/
uerſaſq; familias ad chriſtianā religionem
tenendā/ ſana erudiūt diſciplina. Horū do/
Matth. 10. et. 25. mus hoſpitalitate feruētes/ recipiūt iuſtū
Eſaie. 58. c. in noīe iuſti/ vt mercedē iuſti accipiāt. Frā/
1. timoth. 6. d. gunt eſurienti panē ſuū: nudū veſtiunt: ca/
ptiuū: redimūt: theſauriçant ſibi fundamē/
tum bonū in futurū/ vt apprehendāt verā
fidem. Et ſi forte pro fide chriſti pecuniaria
damna perpetienda ſunt: oderunt diuiti/
as ſuas: Si ſuoꝝ orbitates vel ſeparationes
pro chriſto minatur hic mūdus: oderūt pa/
rentes/ fratres/ filios/ vxores. Poſtremo ſi
de ipſa huius corporis vita cū aduerſario
paciſcendū eſt/ ne deſert⁹ deſerat chriſtus:
oderunt inſup aiam ſuā. De his qppe oīb⁹
mandatū accęperūt/ q̄ aliter diſcipuli chri/
ſti eſſe non poſſint. Nec tamē quia p̄cęptū
eſt eis/ vt oderint pro chriſto/ ⁊ animas ſu/
as vendēdas eas habēt: aut illatis ſibi ma/
nib⁹ effūdēdas: ſed parati ſūt eas amittere
pro chriſti nomine moriendo/ ne mortui vi/
uāt chriſtū negādo. Sic eñ diuitias ad q̄s
vendendas parati nō fuerūt monēte chri/
ſto/ ne cum eis pereant perdito chriſto ha/
bemus hinc vtriuſq; ſexus diuites clariſſi/
maſq; pſonas martyrij gloria ſublimatas.
F Ita multi quos rerū ſuarū venditone pi/
guerat ante perfici/ chriſti imitata paſſione
ſunt repente perfecti: ⁊ qui nōnullam infir/
mitatē carnis ⁊ ſanguinis ſuis diuitijs per/
fecerūt: ſubito aduerſus peccatum pro fide
vſq; ad ſanguinē certarūt. Quibus autem
non ꝓuenit corona martyrij/ neq; illi⁹ pfe/
ctionis de vendendis rebus ſuis conſilium
tam pręclarū ⁊ tam grande recęperūt: et ta/
men a dānabilibus immunes criminibus
eſurientē chriſtum pauerūt: ſitiēti potū de/
derunt: nudū veſtierūt: peregrinantē ſuſcę/
perūt: non ſedebunt quidē cū chriſto ſubli/
miter iudicaturi/ ſed ad ipſius dexterā ſta/
bunt miſericorditer iudicandi. Beati enim Matth. 5. a.
miſericordes/ quoniā ipoꝝ miſerebitur de/
us. Et iudiciū ſine miſericordia fiet illi/ qui Jaco. 2. c.
non fecit miſericordiā: Superaltat aūt mi/
ſericordia iudiciū. Proinde iſti deſināt cō/
tra ſcripturas loqui: ⁊ in ſuis exhortationi/
bus ad maiora ſic excitent/ vt minora non
damnent. Non eñ ⁊ ſanctā virginitatē ali/
ter exhortādo pſuadere poſſunt/ niſi ꝯiuga/
lia vincula damnauerint: cū docente aplo:
vnuſquiſq; donū ꝓpriū habeat a deo: ali⁹ 1. Cor. 7. b.
ſic/ alius aūt ſic. Ambulent itaq; pfectiōis
viam venditis oībus ſuis rebus et miſeri/
corditer erogatis. Sed ſi vere paupes chri/
ſti ſunt: et nō ſibi/ ſed chriſto colligūt: infir/
miora eius mēbra quare puniāt anteq̄ ſe/
des iudiciarias accęperint? Si enim tales
erūt qualib⁹ dn̄s dicit. Sedebitis ſup du/ Matth. 19. d.
odecim ſedes iudicantes duodęcim tribus
iſrael: Et de qualib⁹ apoſtolus dicit: Neſci/ 1. Cor. 6. a.
tis/ quoniā angelos iudicabim⁹: pręparent
potius nō criminoſos/ ſed religioſos diui/
tes recipere in tabernacula ęterna/ a quib⁹ Luce. 16. c.
amici facti ſunt de māmona iniqtatis. Pu/ G
to eñ q̄ quidā eorum q̄ hęc impudēter atq;
ĩprudenter garriunt a diuitib⁹ chriſtianis ⁊
pijs in ſuis neceſſitatib⁹ ſuſtentanť. Habet
eñ eccleſia quodammodō ſuos milites: et
quodāmodo ꝓuinciales. Vñ dicit apoſto/
lus? Quis militat ſuis ſtipendijs vnq̄? Ha 1. Cor. 9. a.
bet ⁊ vineam ⁊ plātatores: habet gregem ⁊
paſtores. Vñ ꝯſequēter dicit: Quis plan/
tat vineam/ ⁊ de fructu eius nō edit? Quis
paſcit gregē/ ⁊ de lacte gregis nō percipit?
Quis talia diſputare qualia iſti diſputāt:
non ſit militare/ ſed rebellare: nō ſit plātare
vineā/ ſed eradicare: nō ſit paſcēdos cōgre/
gare ſed perdendos a grege ſepare. Sicut
autem ipſi qui diuitū religioſis obſequijs
aluntur atq; veſtiuntur: neq; enim ad ſuas
neceſſitates nihil accipiūt/ niſi ab eis q̄ res
ſuas vendunt: non tamen iudicantur atq;
damnantur ab excellentioribus chriſti mē/
bris qui maiori virtute/ quā multū cōmen/
dat apoſtolus/ ſuis ſe manibus trāſigunt:
ſic nec iſti dānare debēt infirmiores meriti

chriſtianos quorum operibus tranſigunt/
ſed recte viuēdo ⁊ recte docēdo mag꞉ eis di
1.Cor꞉.9.b. cere: Si nos ſpūalia ſeminauim⁹: magnū
eſt ſi veſtra carnalia metamus? Multo ꝙ̄p
peminori impudētia ſerui dei/ qui manuū
ſuarū honeſtis operibus venditis viuunt/
damnant iſtos a quibus nihil accipiunt: ꝙ̄
iſti qui propter aliquā corporis infirmitatē
nō valētes manibus operari/ damnant eo/
h ipſos de quorū facultatibus viuunt. Ego
qui hec ſcribo perfectionē: de qua dñs locu
Math.19. tus eſt: qñ ait diuiti adoleſcenti: Uade ven
de omnia que habes ⁊ da pauperibus: et ha/
bebis theſaurꝝ i celo: ⁊ veni ſequere me: ve/
hementer adamaui: ⁊ nō meis viribus/ ſed
gratia ipſius adiuuāte ſic feci. Neqꝫ eñ qꝛ
diues nō fui/ ideo minus mihi imputabit.
Nam neqꝫ ipſi apoſtoli qui priores hoc fe/
cerunt/ diuites fuerunt. Sed totū mundū
dimittit: qui ⁊ illō qō habet/ ⁊ quod optat
habere dimittit. Quantū aūt in hac pfecti/
onis via pfecerim/ magis quidē noui ego:
ꝙ̄ quiſqꝫ alius homo/ ſed magis de⁹ ꝙ̄ ego:
Et ad hoc propoſitū quātis poſſum virib⁹
exhortor: ⁊ i nomine dñi habeo cōſortes: q
bus hoc per meū miniſteriū perſuaſum eſt:
Sic tamē vt pcipue ſana doctrina teneat:
Nec eos qui iſta nō faciunt/ vana cōtuma/
cia iudicemus: dicētes nihil prodeſſe ꝙ pu/
dice ꝙ̄uis cōiugaliter viuāt/ ꝙ domos ſuas
et familias chriſtiane regūt/ ꝙ opib⁹ miſeri
cordie ſibi theſauriçāt in poſterū: ne iſta di
ſputando nō ſcripturarū ſanctarum tracta/
tores/ ſed eorū accuſatores inueniamur. Qō
ideo cōmemoraui: qñ iſti quando talia di/
cere phibent ab eis qui hoc dñi conſiliū nō
ceperūt/ reſpondēt eos talia diſputari nol/
le: quoniā vitijſ ſuis fauent: ⁊ dñica pcepta
implere detractant: quaſi nō vt de his ta/
ceam: qui licet infirmiores/ religioſe tamen
vtūtur diuitijs: etiā ipſi cupidi ⁊ auari ma/
li his vtentes/ et in terreno theſauro cor lu/
teum configentes: quia ⁊ ipſos neceſſe eſt
vſqꝫ ad finem portet eccleſia/ ſicut illa retia
vſqꝫ ad littus piſces malos/ tolerabiliores
in ea ꝙ̄ iſti ſint: qui talia ſermocinādo ⁊ diſ/
ſeminando ita ſe videri magnos volunt/ qꝛ
diuitias ſuas/ vel ꝙ̄tulacunqꝫ patrimonia
ex pcepto domini vendiderunt: vt eius he/
reditatem/ que vſqꝫ ad fines terre dilatatur
atqꝫ diffunditur: hac doctrina: nō ſana per
Remittit ad turbare atqꝫ euertere moliantur. Unde
ſupradicta p quia ex hac quidē occaſione/ ſed tamē iaꝫ
ſolutione qn breuiter dixi qd etiaꝫ de eccleſia chriſti in h
te qſtionis. ſeculo ſentiā: id eſt quia vſqꝫ ad finem hu/
ius ſeculi neceſſe eſt/ portet bonos ⁊ malos:

quoniam ex hoc inter tuas queſtiones in/
terrogaſti/ prolixam epiſtolam iam tandeꝫ
aliquādo concludā.

Utrū liceat aliquo modo iura/re: Queſtio. IIII.

Urationem caue quantum potes.
i Melius quippe nec verum iuratur:
quoniam iurandi conſuetudine/ et
in periuriū ſepe caditur/ et ſemper periurio
ppinquat. Sed illi quantum aliquos eoꝝ
audiui/ quid ſit iurare prorſus ignorāt. Pu
tant eñ ſe nō iurare quando in ore habent:
ſcit deus: ⁊ teſtis eſt deus: ⁊ teſtem deuꝫ in/
uoco ſup animā meam: quia nō dicitur per
deum: ⁊ quia talia repeniuntur in apoſtolo
paulo. Sed etiam illa vbi contra eos inuē/
ta eſt quam cōfitent eſſe iurationeꝫ: vbi ait
apoſtolus: Quotidie morior p veſtraꝫ glo/ 1.Cor꞉.15.d.
riam fratres/ quā habeo in chriſto ieſu dño
noſtro? In grecis eñ codicib⁹ repitur oīno
eſſe hāc iuratiōeꝫ: ne quis in latina lingua
hoc ſic intelligat dictū: per veſtram gloriā:
quomodo dictū eſt: per meū aduentū iterꝫ
ad vos: ⁊ multa ſimilia vbi dicit/ per aliqd/
⁊ nō eſt iuratio: Sed nō ideo qꝛ in ſuis litte
ris iurauit apoſtol⁹/ vir in firmitate firmiſ/
ſimus ludus nobis debet eſſe iuratio. Mul
to enim tutius/ vt dixi quantū ad nos atti/
net nūꝙ̄ iuramus: vt ſit in ore nr̄o: Eſt/ eſt: Math.5.f.
nō/ nō ſicut dñs monet Non quia peccatū
eſt verū iurare/ ſed quia grauiſſimū peccatū
eſt falſū iurare/ q citius cadit q cōſueuit iu/
rare. Accepiſti quod mihi videt melius: ex/
ponāt iſta meliores: nō iſti quorū noui iaꝫ
ſententiā reprobandā/ ſed alij qui veraciter
poſſunt. Nā et ego paratior ſum diſcere ꝙ̄
docere. Et tuū magnū cōferes bñficiū/ ſi ea
que illic a ſanctis fratribus aduerſus iſtoꝝ
vaniloquia diſſerunt/ nō me faciaſ ignora/
re. In domino recte ⁊ fideliter viuas dile/
lectiſſime fili.

Sancti auguſtini hipponenſis epiſco/
pi liber Queſtionum hilarij ſolutiones/ ex/
plicit.

Epiſtola quoduultdei ad auguſtinū

Epiſtola quoduultdei ad auguſtinū/ petentis a beatitudine ſua hæreſum opiniones
ſummatim ſcripto perſtringere.

A Omino merito uenerabili & uere beatiſſimo patri auguſtino epiſcopo/quod/
d uultdeus diaconus. Diu trepidus/auſus meos aliquotiēs diſtuli: ſed me prin/
cipaliter ut dici aſſolet/animauit beatitudinis tuæ beniuolentia omnib⁹ cōpro/
bata: Quā dū conſidero/magis timui/ne non petendo ſupbus/ nō quærendo deſidio/
ſus/non pulſando piger a domino iudicarer. Sufficere aūt mihi crederem huiuſmodi
tantūmodo uoluntatem/ſi fructum adipiſci non poſſem. Cum aūt pro certo nouerim/
oſtium diuini ſermonis/quod uenerationi tuæ cœleſtis gratia patefecit/paratā eſſe mē
tem tuam ſanctā quā poſſidet chriſtus: non ſolū cunctis uolentibus pandere/ uerūetiā
nolentibus ut introire non pigeat pſuadere: occupationi reuerentiæ tuæ multiloquio
ſuperfluo moram non faciam/ ſed deſiderium obſecrationis meæ breuiter indicabo.
Nōnullos i clero cuiuſq; etiā ampliſſimæ ciuitatis eſſe imperitos/ex meipſo conijcio:
& quantū uniuerſo illi ordini profuturum ſit quod expecto/conſiderationi ſanctitatis
tuæ diſcutiendum offero. Priuilegio nanq; cunctorū/qui hoc de ſpiritalib⁹ tuis labori/
bus ꝓmerentur/etiā me indignū conſecuturū eſſe præſumo: domine merito uenera/
B bilis & uere beatiſſimæ pater. Precor igiť beatitudinē tuam/ut ex quo chriſtiana reli/
gio hæreditatis ꝓmiſſæ nomen accæpit: quæ hæreſes fuerint/ſint: quos errores intule/
rint/ inferant: quid aduerſus catholicā eccleſiam ſenſerint: ſentiant de fide/de trinita/
te/de baptiſmo de pœnitētia/de hoie chriſto/de deo chriſto/de reſurrectione/ de no/
uo & uetere teſtamēto: & oīa omnino quib⁹ a ueritate diſſentiunt: quæ etiā baptiſmū
habeant: quæue non habeant: & poſtq̄ baptizēt/ nec tamen rebaptizet eccleſia: qua/
liter ſuſcipiat uenietes: & quid ſingulis lege/ auctoritate/atq; rōne reſpondeat digne/
ris exponere. Nec me tantæ beatitudo tua credat ineptiæ ut nō inſpiciā quantis & q̄
ingentib⁹ uoluminib⁹ opus ſit: ut poſſint iſta diſſolui: Verū hoc ego fieri non expeto:
Id enim multipliciter factū eſſe nō dubito: ſed breuiter/pſtricte atq; ſummatim: & opi/
niones rogo cuiuſlibet hæreſis poni: & quid contra teneat eccleſia catholica/ quantū
inſtructioni ſatis eſt/ſubdi: ut uelut quodā ex oīb⁹ cōcępto cōmonitorio: ſi quis aliquā
obiectionē/aut cōuictionē uberius/plenius ac plani⁹ noſſe uoluerit/ ad opulēta & ma/
gnifica uolumina trāſmittať: quib⁹ a diuerſis/& præcipue a ueneratiōe tua in hocipſo
cōſtat elaboratum. Sufficit autem & admonitio talis/utputo doctis & imperitis/ocio/
ſis/& occupatis: & ad cuiuſlibet gradus miniſterium eccleſiæ undecūq; promotis: dū
& ille qui multa legit/eadē breuiter recordatur: & compēdio ignarus inſtruitur: ut no
C uerit quid teneat/ quid euitet: quid auerſeť ne faciat/ quid ut faciat aſſequať. Fortaſ/
ſis autē (ſi tamen quod arbitror uerum eſt) etiā aduerſus calumniantiū malignas mē/
tes/& doloſa labia opus hoc paruum inter cætera mirifica teſtimonio coronæ tuæ non
deerit: ut quibus patet campus calumniandi profuſior: ualidis & ex omni parte conclu
ſis fidei limitibus coartati omnibuſq; ueritatis telorum generibus circumacti/ etiam
uno multiformi iaculo repente proſtrati/ morticinos ſpiritus non audeant anhelare.
Video q̄ oneroſus exiſtam: meliora cogitanti/& diſponēti maiora ſancto ſeni & que
relas corporis ſuſtinenti. Sed per chriſtum dominum rogo/ qui te participem ſapi/
entiæ ſuæ ſine inuidia eſſe conceſſit: ut hanc gratiam dones indoctis eccleſiæ: qui te
agnoſcis ſapientibus atq; inſipientib⁹ debitorem: merito ac iure dicturus: Videte quo Roma.i.b.
niam nō mihi ſoli laboraui/ſed omnibus exquirentibus ueritatē. Potui adhuc offer/ Eccl.24.d.et
re ſupplices & multiplices preces: & mecū imperitorum claſſes aſſciſcere: ſed malui 33.c.
iam gaudere dictantem/q̄ adhuc occupare legentem.

Epiſtola auguſtini reſpōſiua ad quoduultdeū/difficultatē petitiōis ei⁹ ſup ſcribēdis
hereſib⁹ ſignificantis: remittentiſq; ad cōſimilia ſcripta p philaſtrū & epiphaniū: iſtius
qdē doctioris de græco i latinū transferenda eſſe/quo petitioni ſuæ ſatiſfiat/cōſulētis.

Omino dilectiſſimo filio & condiacono quoduultdeo auguſtinus. Accæptis A
a litteris charitatis tuæ/ubi a me ardentiſſimo ſtudio poſtulaſti ut de oīb⁹ here
ſibus quæ poſt dn̄i ſaluatoris aduentū aduerſus eius doctrinam pullulauerunt

aliquid breuiter ſcriberem: ꝙ ſit hoc difficile continuo reperta occaſione reſcripſi per
filium meum hipponenſium primarium philocalum: mox autem etiam iſta oblata eſt
quam nunc reſcribo:& breuiter difficultatem operis eius oſtendo: Philaſtrius quidam
brixenſis epiſcopus/quem cū ſancto ambroſio mediolani etiā ipſe uidi/ſcripſit hinc li
brum:nec illas hæreſes prætermittēs quæ in populo iudæo fuerūt ante aduentum dñi/
eaſq; uiginti & octo cōmemorauit: & poſt dñi aduētum/centū uiginti & octo ſcripſit.
Hinc etiā græce epiſcopus cyprius epiphanius in doctrina catholicæ fidei laudabiliter
diffamat⁹ :ſed ipſe utriuſq; tēporis hæreſes colligens/nonaginta cōplexus eſt. Cū ergo
ambo id uellēt facere quod a me petis:quantū tamē inter ſe differant de numero inte/
rim ſectarum/uides: Quod utiq; nō eueniſſet/niſi aliud uni eorū uideretur eſſe hære/
ſis /& aliud alteri. Neq; eñ putandum eſt aliquas ignoraſſe epiphaniū / quas nouerat
philaſtrius:cū epiphaniū longe philaſtrió doctiorem inuenerimus:ita ut philaſtrium
potius dicere deberemus latuiſſe plurimas/ſi tam plures eſſet ille cōplexus /& iſte pau
ciores: Sed ꝓculdubio in ea quæſtiōe ubi diſceptatur quid ſit hæreſis/nō idem uide/
batur ambobus:& reuera hoc omnino definire difficile eſt: Et ideo cauēdum/cum om/
nes in numerum redigere conamur:ne prætermittamus aliquas/ꝗuis hæreſes ſint:aut
annumeremus aliquas/cū hæreſes nō ſint. Vide ergo ne forte librum ſancti epiphanij
tibi mittere debeam. Ipſum eñ arbitror philaſtrio doctius hinc locutū/qui poſſit apud
carthaginem in latinam linguā uerti facilius atq; cōmodius:ut tu potius præſtes nobis
quod quæris a nobis per latorem/multū cōmendo: Subdiaconus eſt de noſtra dioceſi.
B De fundo autem uiri ſpectabilis nobiſq; chariſſimi orontij: Pro illo autem & pro eius
patre/ a quo adoptatus ē/etiā ad ipſum ſcripſi:quas litteras cū legerit chriſtiana beni/
gnitas tua/peto ut eas apud memoratū uirū tua interceſſione adiuuare digneris. Miſi
autem cum illo etiam hominem eccleſiæ/ne ad tuam ſanctitatē difficilis ei eſſet acceſ/
ſus: Non enim parum de illo ſollicit⁹ſum: A qua me ſollicitudine dñs ut ſpero/per tuæ
charitatis inſtantiā liberabit. Peto etiam mihi reſcribere non graueris: quēadmodū ſit
in fide catholica ille theodoſius per quē manichei nōnulli ſunt proditi: & ipſi quos ab
eo proditos putamus/eſſe correctos.

Epiſtola quoduultdei ad auguſtinū/inſtantius petitioni ſuæ ſatiſfieri cupiētis: deq;
interpretum nō ſolū difficultate/ſed & obſcuritate admonentis.

A Omino merito uenerabili ac beatiſſimo ſancto patri auguſtino epo/quoduult/
d deus diaconus. Vnū quidem reuerētiæ tuæ cōmonitorū quod per eccleſiaſti/
cū dignatus es deſtinare ſuſcæpi. Nam quod prius directū eſſe beatitudo tua
ſignificauit: per uirū honorabilem philocalū/necdum ad me peruenit. Verū ꝙ cōſcius
priorum ſemper fuerim peccatorum/ nec tamē euidenter agnoui aſpiciendo/aliquod
exoraui moneri:meā toti eccleſiæ impedimentū eſſe perſonā. Sed oino confido: qm̄
qui per unici ſui gratiam humani generis dignat⁹ eſt delere facinora:nec me in ꝑnicie
Roma. 5. d. cunctoꝝ præualere permittet:potiuſq; ubi abūdauit peccatū/gratiā faciet redundare:
Domine merito uenerabilis ac beatiſſime/ſancte pater: difficultatem operis quod in/
ſtruēdis imperitiſſimis nobis per tuam benificentiā ſublimiter exoraui:nec ipſe igno/
rans ante prædixi :ſed dedi uiui fontis ubertatem quā tibi domin⁹ tribuit: ueraci cor/
de præſumpſi: Nā & philaſtrius & epiphanius uenerandi epiſcopi tale aliquid ſcripſiſ/
ſe monſtrantur: Proculdubio me inter cætera:immo ſicut omnia latent:non tamen ar/
bitror eos hanc curæ diligentiam ſeruaſſe/ut ſingulis quibuſq; opinionibus contrarias
etiam opiniones adiungant: irritaſq; ſubijcerent: tunc deniq; opus illud utriuſq; quale/
B cunq; ſit/nō habet fortaſſis eam quā deſidero ueritatem. Fruſtra etiam homini qui la/
tina non didicit: græca facundia delegatur:quia non ego tantummodo conſiliū/ſed &
auxilium poſtulaui. Quid autē uenerationē tuā de interpretum nō ſolum difficultate/
ſed etiam obſcuritate admoneo:cum ipſe hoc magis ac plene dijudices? Accedit ad
cauſam quod nōnullæ etiam poſtillorum monitū hæreſes emerſiſſe doceantur: Quorū
nullam illi fecerint mentionem:quāobrem ad peculiare patrocinium pietatis tuæ con/
fugio:& uocem meā & uniuerſali deſiderio paratum ad miſericordiam ſacroſanctum

pietatis pectus appello:ſequeſtratis ſaporib⁹ peregrinis/conſiderato textu prioris epi/ſtolæ:panem a frumento qd' noſtra ꝓuincia ſolet habere præcipuũ:cœleſti etiam man/na conditum/ſero pulſanti & famē patienti non deneges. Profecto enim nec ego pul/ſare ceſſabo/donec ipſe concedas: Vt quod nō impetrat priuilegium/quod nullum eſt meritorum:ſaltim indefeſſa importunitas mereatur.

Epiſtola Auguſtini ad Quoduultdeũ excuſatoria:aggreſſi operis de hereſib⁹ nō potuiſſe ſe quicꝙ tranſmittere/exponentis:ob & ſuperuenientes curas/ & iuliani libris efflagitatā reſpōſionem/ atq; opuſculorum ſuorum neceſſariam/ at iam abſolutam retractationem.

d Omino ſincæriter dilectiſſimo fratri & cōdiacono qd'uultdeo/auguſtin⁹ epiſcopus. Cum mihi hæc ſcribēdi offerretur occaſio ꝑ fuſalenſem preſbyterum:quē cōmendo charitati tuæ: relegi epiſtolam tuam : In qua petis/ut de hæreſibus quæ oriri potuerunt/ex quo domini in carne nũciari cœpit aduentus/aliquid ſcriberē. Hoc aũt feci/ut uiderem:utrum iam uiderer opus ipſum aggredi: & inde aliquid mitterem: Vbi cōſiderans tanto eſſe difficilius/quāto uis eſſe breuius:ſed ne hoc quidem potui talibus curis ſuperuenientibus impeditus:a quibus omnino diſſimulare nō poſſe:Nam me & ab eo quod habebā in manibus auerterũt. Hoc aũt eſt ubi reſpondeo libris/iuliani quos octo ędidit poſt illos quattuor quibus ante reſpondi. Hoc eñ cum rome accæpiſſet frater alipius:nondũ omnes ſcripſerat/cum oblatam occaſionem noluit preterire:ꝑ quā mihi tranſmiſit:Promittens alios tres cito eſſe miſſurum:& multũ inſtans ne reſpondere differrem. Cuius inſtantia coactus ſum remiſſius ſemper agere quod agebam:ut operi utroq; nō ceſſem:uni diebus/alteri noctibus:quantum mihi ab alijs occupationibus hinc atq; hinc uenire nō deſiſtētibus parceretur. Habebam uero rem plurimũ neceſſariam. Nam recitabā opuſcula mea:& ſi quid in eis me offenderet: partim reprehēdendo:partim defendendo quod legi poſſet & deberet/operabar:& duo uolumina iam abſoluerā/retractatis omnibus libris meis/quorum numerũ neſciebam:eoſq; ducentos triginta & duos eſſe cognoui: Reſtabāt epiſtolæ:deinde tractatus populares/quas græci homelias uocant.

Diui aurelij auguſtini hipponēſis epiſcopi/in librũ de hereſibus/ad quoduultdeũ/tandē petitionibus ei⁹ cōdeſcēdētis:formaq; proceſſus declarantis/Præfatio.

A q Vod petis ſepiſſime atq; inſtātiſſime ſancte fili quoduultde⁹/vt de hereſibus aliqđ ſcribā dignũ lectiōi/cupiētiũ dogmata deuitare cōtraria/fidei chriſtianę et chriſtiani nōis obũbratiōe fallētia: Scias me olim longe antecꝙ peteres/ facere cogitaſſe atq; fuiſſe facturũ:niſi diligenter cōſiderans quale quātumq; id eſſe vltra vires meas eſſe ſentirē. Sed qm̃ fateor nullũ mihi vt te inſtitiſſe poſcēdo:in ipſa tñ moleſta inſtantia tua etiā tuum nomē attēdi ⁊ dixi: aggrediar ⁊ faciā quoduultdeus. Hoc eñ deũ velle confido:ſi me ad huius opis terminũ miſericordia fauore perduxerit: vt ꝑ miniſteriũ linguę meę tanti huius rei difficultas/aut oſtēdatur tm̃modo/ aut ipo etiam plenius adiuuāte tollat: Quoꝝ duorum qđ priore loco poſui/ iā diu eſt vt animo voluo ac reuoluo/⁊ quadã meditatione cōtueor. Quod autē poſtea dixi:nō me accępiſſe confiteor:⁊ vtrũ dum hoc ago/ vt efficiam/dum peto/dum quęro/dum pulſo ſim fortaſſe accępturus ignoro: ſcio me tamen nec petiturũ/nec quęſiturũ/ac pulſaturum quantũ ſat eſt/niſi ⁊ hunc affectum munere diuinę inſpirationis accępero. In hoc igitur ope qđ te vęhemēter vrgente in dei voluntate ſuſcępi/ cernis me vt id ꝑagam nō tā crebreſcētibus ad me tuis petitionibus eſſe cogendum/ꝙ pijs ad deũ nō ſolũ tuis/ veꝝ ⁊ alioꝝ fratrũ/quos tibi in hac re fideles ſocios potueris inuenire/orōnibus adiuuandũ. Quod vt fiat/has ipſas ꝑmas huius laboris mei partes/vbi eſt ⁊ iſta ꝑlocutio/curaui tuę charitati in auxilio dñi accelerare mittendas:vt propter illa quę reſtant noueritis quantũ ꝓ me orare debeatis/quicunq; noſſe potueritis/a me iā fuiſſe ſuſcęptuꝫ hoc tā grāde negociũ /qđ a me deſideratis impleri. Petis ergo qđ tuę indicant litterę quas ad me dediſti/cum pri/

mũ a me petere iſta cępiſti: vt exponã breuiter pſtricte atq; ſummatim/ ex quo chriſtiana religio promiſſę hereditatis nomen accępit: quę hereſes fuerint/ ſint: q̃s errores intulerint/ inferant: quid aduerſus catholicã eccleſiam ſenſerint: ſentiãt de fide/ de trinitate/ de baptiſmo/ de pęnitẽtia/ de homine chriſto/ de deo chriſto/ de reſurrectione/ de nouo ⁊ veteri teſtamẽto. Iſtas aũt inquiſitiones tuas in immẽſum pcedere cũ videres/ putaſti cuiuſdã generalitatis adhibẽdum eſſe cõpẽdiũ atq; dixiſti: Et oia oino quibus a veritate diſſentiũt. Deinde addidiſti: Quę etiã baptiſmũ habeãt/ quęve nõ habeãt: ⁊ poſt q̃s baptizet/ nec tñ rebaptizet eccleſia: qualiter ſuſcipiat venientes: et quid ſingulis lege/ auctoritate atq; rõne reſpõdeat. Hęc oia cũ quęris vt exponant a me/ miror luculentũ ingenium tuũ tot tantarũq; rerũ/ ⁊ ſitire veritatẽ/ et faſtidiũ iam timendo poſcere breuitatẽ. Sed vidiſti etiam ipſe/ qđ hoc loco poſſem tuę hui⁹ epiſtolę cogitare: ⁊ quaſi vigilanter occurriſti cogitationi meę dicẽs: Nec me tãtę beatitudo tua credat ineptię/ vt nõ inſpiciã quãtis ⁊ q̃ ingentibus voluminibus opus ſit: vt poſſint iſta diſſolui: verũ hoc ego fieri non expeto. Id eñ multipliciter factũ eſſe non dubito. Et tãq̃ conſiliũ ſubijciens/ quomõ poſſit ⁊ ſeruari breuitas/ et veritas pandi: adiungis ea verba quę pauloante iam poſui/ ⁊ dicis: ſed breuit᷑ pſtricte atq; ſũmatiz/ ⁊ opiniones rogo cuiuſlibet hereſis poni: et quid cõtra teneat eccleſia catholica: quãtũ inſtructiõi ſatis eſt ſubdi. Ecce iterũ mittis i longũ: nõ qꝛ dici iſta breuit᷑ ſiue ñ valeãt/ ſiue nõ debeãt: ſed qꝛ tã multa ſũt vt quãlibet breuiter dicẽda/ multas litteras flagitẽt: tu aũt vt velut quodã inquis ex omnibus cõcępto cõmonitorio: ſi quis aliquam obiectionem aut cõiunctionẽ vberius/ plenius ac planius noſſe voluerit: ad opulẽta ⁊ magnifica volumina trãſmittat: quibus aduerſis et pręcipuę inquis a veneratione tua in hocipſo cõſtãt elaboratũ. Quę cum dicis/ vnũ quaſi cõmonitoriũ de his om-
B nibus te deſiderare ſignificas. Audi ergo vnde cõmonearis: quid petas. Opiniones omniũ philoſophoꝝ: qui ſectas varias cõdiderunt/ vſq; ad tpa ſua: neq; eñ plus poterat/ ſex nõ paruis voluminibus quidam celſus abſoluit. Nec redarguit aliquẽ/ ſz tñ quid ſentiret aperuit ea breuitate ſmonis/ vt tantũ adhiberet eloquij quantũ rei: nec laudandę/ nec vituperãdę/ nec affirmandę/ aut defendendę/ ſed aperiendę/ indicãdęq; ſufficeret: cum ferme centum philoſophos nominaſſet: quoꝝ non omnes inſtituerunt hereſes pprias: qm̃ nec illos tacẽdos putauit/ qui ſuos magiſtros ſine vlla diſſenſione ſecuti ſunt. Noſter vero epiphanius cyprius epiſcopus/ ab hinc non longe humanis rebus exemptus/ de octoginta hereſib⁹ loquẽs/ ſex libros etiaz ipe cõſcripſit/ hiſtorica narratione cõmemorãs oia: nulla diſputatione aduerſus falſitatẽ p veritate decertãs. Breues ſane ſunt libelli: ⁊ ſi in vnũ librũ redigant: nec ipſe erit noſtris vel aliorum quibuſdã libris longitudine cõparãdus. Hui⁹ breuitatẽ ſi fuero in cõmemorãdis hereſibus imitatus: quid a me breuius poſtulare vel expectare debeas: non habebis. Sed nõ ibi huius mei laboris ſumma cõſiſtit: qđ ⁊ tibi/ vel me demõſtrãte/ vel etiam te pręcurrente poterit apparere: cũ hoc fecero: Videbis eñ in eo quod ſupradict⁹ epiſcopus fecit: quãtũ deſit operi quod ipe vis fieri: quanto magis qđ ego. Tu nanq; q̃uis breuiter perſtricte atq; ſummatim tamen vis etiã reſpõderi cõmemoratis hereſibus: qđ ille nõ fecit. Ego vero hoc magis volo facere: ſi ⁊ deus velit vnde poſſit omnis hereſis ⁊ quę nota eſt ⁊ quę ignota vitari: ⁊ vnde recte poſſit quęcũq; innotuerit iudicari. Nõ eñ ois error hereſis eſt/ q̃uis omis hereſis quę in vitio ponit: niſi errore aliquo hereſis eſſe nõ poſſit. Quid ergo faciat hereticũ/ regulari quadã definitione cõprehẽdi: ſicut ego exiſtimo: aut omnino nõ poteſt/ aut difficillime põt: qđ in pceſſu huius operis declarabit/ ſi de⁹ rexerit/ atq; id qđ intẽdo perduxerit diſputationẽ meam. Quid aũt pſit ipſa inquiſitio/ etiã ſi nõ potuerimus cõprehẽdere/ quõ ſit definiẽdus hereticus/ ſuo loco videndũ atq; dicenduz eſt. Nam ſi hoc comprehẽdi potuerit/ quis nõ videat vtilitas quãta ſit? Erũt ergo primę partes operis huius de hereſib⁹/ q̃ poſt chriſti aduentũ atq; aſcẽſum aduerſus doctrinã ipſius extiterũt: ⁊ vtcũq; nob̃ inoteſcere potuerũt. In poſterioribus autẽ partibus/ quid faciat hereticũ: diſputabit. Cũ ergo dñs aſcendiſſet in cęlũ/ hi heretici exorti ſunt.

Annotatio hereſum.

1 Simoniani.
2 Menandriani.
3 Saturniniani.
4 Baſilidę: vel baſilidiani.
5 Nicolaitę: vel nicolaitani.
6 Gnoſtici.
7 Carpocratitę: al᷑ carpocratiani.

8 Cerinthiani: vel merinthiani
9 Naçarei. al' naçorei
10 Hebionitę. al'. hebionei
11 Ualentiniani.
12 Seuandiani. al'. ſeuandriani
13 Ptolemęi.
14 Marcitę. al'. marciani
15 Colorbaſij.
16 Heracleonitę.
17 Ophitę.
18 Caiani. al'. caioni
19 Sethiani.
20 Archontici.
21 Cerdoniani.
22 Marcionitę.
23 Apellitę.
24 Seueriani.
25 Taciani.
26 Cataphryges.
27 Pepuçiani. al'. quintilliani
28 Artotyritę. al'. artotoritę
29 Teſſareſcedecaticę.
30 Alogiani. al'. alogi
31 Aditę. al'. adamiani
32 Elceſaitę. al'. elceſeitę: ⁊ ſamſeitę
33 Theodotij. al'. theodotiani (ni
34 Melchiſedechitę. al'. melchiſedechia/
35 Bardeſanitę. al'. bardeſaniſtę
36 Noetiani.
37 Ualeſij.
38 Catharoe: q̄ ⁊ nouatiani.
39 Angelici.
40 Apoſtolici.
41 Sabelliani.
42 Origeniaſtę. al'. origeniani
43 Alij origeniaſtę vel origeniani
44 Paulonitę. al': pauliani
45 Fotiniaci. al'. fotiniani
46 Manichei.
47 Hierarchitę vel hieracitę
48 Melitiani.
49 Arriani.
50 Uadiani ſiue anthropomorphitę
51 Semiarriani.
52 Macedoniani.
53 Aeriani.
54 Aetiani: qui ⁊ eunomiani
55 Apollinariſtę.
56 Antidicomarianitę vl' antidicomaritę
57 Pſalliani. al'. maſſaliani/ ſiue euchitę
58 Metangiſmonitę.
59 Seleuciani vel hermiani.
60 Proclianitę.
61 Patriciani.
62 Aſcitę.
63 Pattalorinchitę.
64 Aquarij.
65 Coluthiani. al'. colathiani
66 Floriniani.
67 De mūdi ſtatu diſſentientes.
68 Nudis pedibus ambulantes.
69 Donatiſtę/ſiue donatiani
70 Priſcilliani. al'. priſcillianiſtę
71 Cū hominibus nō mādUcantes.
72 Rhetoriani.
73 Chriſti diuinitatē paſſibilem dicētes.
74 Triformē deū putantes.
75 Aquā deo coęternam dicentes.
76 Imaginē dei nō eſſe aīaꝫ dicētes: me/
litonij:
77 Innūerabiles mūdos opinātes: ophei.
78 Animas cōuerti i dęmones ⁊ in quę/
cūq̄ aīalia exiſtimātes: tertullij.
79 Liberationē olim apud inferos factā
chriſti deſcēſione credētes. (dātes.
80 Chriſti de pſe natiuitati initiuꝫ a tpe
81 Luciferiani.
82 Iouinianiſtę.
83 Arabici.
84 Heluidiani.
85 Paterniani/vel venuſtiani
86 Tertullianitę: vel tertullianiſtę
87 Abeloitę: vel abeloini
88 Pelagiani qui ⁊ cęleſtiani.

Eiuſdem diui aurelij auguſtini hipponēſis epi/ liber de hereſib⁹ ad quoduultdeum/ Incipit.

Simoniani a ſimone mago qui baptiça/ tus a philippo diacono: ſicͭ in actib⁹ aplorū legit: pecu/ nia voluit emere a ſctis apo ſtolis/ vt etiā p impoſitionē manuū eius daret ſpūſanctꝰ. Hic magicis fallacijs decęperat multos. Docebat autē deteſtandā turpitudinē/ indifferenter vten di fęminis. Nec deū mūdū feciſſe dicebat. Negabat eī carnis reſurrectionē: ⁊ aſſere/ bat ſe eſſe chriſtū. Itemq̄ iouē ſe credi vole bat: mineruā vero meretricē quandā ſele/ nen quā ſibi ſociam ſceleruꝫ fecerat: imagi/ neſq̄ ⁊ ſuam ⁊ eiuſdem meretricis diſcipu/ lis ſuis prębebat adorandas/ quas ⁊ romę tanq̄ deorū ſimulacra auctoritate publica cōſtituerat. In qua vrbe beatus aplus pe/ trus cum vera omnipotētis dei virtute ex/ tinxit. Dixerat eī ſe in mōte ſina legē moy ſi i patris pſona dediſſe iudęis. Tēpore ty/ berij in filij perſona putatiue apparuiſſe: po ſtea ſe in linguis igneis ſpm̄ſanctum ſuper apoſtolos veniſſe. Chriſtum auteꝫ nec ve/ niſſe: nec a iudęis quicq̄ pertuliſſe. Act.8.

2 Enandriani/a menādro etiā ipo ma
m go diſcipulo ei⁹:q̄ mundū aſſerebat
nō a deo/ſed ab angelis factū.

3 Aturniniani/a q̄dā ſaturnino:q̄ tur
ſ pitudinē ſimonianam in ſyria ꝯfir/
maſſe ꝓhibetur/ q̄ etiā mūdū ſolos
angelos ſeptem ꝑter cōſcientiā dei patris
feciſſe dicebat.

4 Aſilidiani/a baſilide:q̄ ħ diſtabat a
Ar. t baſilide b ſimonianiſ/qđ trecētos ſexagitaq̄n/
Ar. t olcebat q̄ꝫ celos eſſe credebat/q̄ nūero dieꝝ
ann⁹ includit. Un̄ etiā q̄ſi ſctm̄ nomē com/
mēdabat/ qđ ē αβραξαʒ:cui⁹ noīs lr̄e ſcđm
grecā ſupputationē eundē nūerū cōplent.
Sūt em̄ ſeptē/α ꝛ β/ꝛ ρ ꝛ α/ꝛ ξ ꝛ α/ꝛ ʒ.i. vnū
ꝛ duo:ꝛ centū/ ꝛ vnū: ꝛ ducēta/ꝛ vnū: ꝛ ſe/
ginta/q̄ fiūt i ſū̄ma trecēta ſexagintaq̄nq̄ꝫ.
Mūdū iſtū vł hoīeꝫ nō credūt a deo factū/
ſꝫ a trecēteſimo ſexageſimoq̄nto celo. Ama
toria carmina ſtudioſe diſcūt. A iudeis nō
credūt chriſtū crucifixū/ſ ſimonē cyrenenſē
q̄ angariatus ſuſtulit crucē eius.

5 Icolaite a nicolao noīati ſunt vno
Ar. nicolaitani. n vt ꝓhibet ex illis ſeptē/q̄s apli dia/
conos ordinauerāt. Iſte cū de celo
pulcherrime ꝯiugis culparet: velut purgā/
di ſe cā ꝑmiſiſſe fert/ vt ea q̄ vellet vteret.
Qđ ei⁹ factū in ſectā turpiſſimā verſū eſt:q̄
placet vſus indifferēs feminarū. Hi nec ab
his q̄ idolis imolant cibos ſuos ſeparāt:et
alios ritus gētiliū ſupſtitionū nō auerſan/
tur. Narrāt etiā q̄dam fabuloſa de mūdo:
neſcio q̄ barbara ꝑncipū noīa miſcētes di
ſputatioīb⁹ ſuis:q̄b⁹ terreāt auditores:que
prudētib⁹ riſū potius faciūt q̄ꝫ timorē. In/
telligūt aūt etiā iſti nō deo tribuere creatu/
rā/ſꝫ q̄buſdā poteſtatib⁹:q̄s mirabili/vł fin
gunt vanitate/vel credunt.

6 Noſtici ꝓpt excellētiā ſciē ſic ſe ap/
g pellatos eſſe vel appellari debuiſſe
gloriāt. Cū ſint ſupiorib⁹ oīb⁹ vani
ores atq̄ꝫ turpioreſ. Deniq̄ꝫ cū ab aliis atq̄ꝫ
aliis p diuerſas terraꝝ ptes alit/ atq̄ꝫ aliter
nūcupent:nōnulli eos etiā borboritas vo/
cāt q̄ſi cenoſoſ/ ꝓpt nimiā turpitudinē quā
in ſuis myſteriis exercere dicunt. Aliq̄ eos
a nicolaitꝭ erortos putāt. Alii a carpocrate
de q̄ p⁹ loquemur. Tradūt aūt dogmata fa
buloſiſſimis plena figmētis: Etiā ipſi ꝑnci
pū/ vel angeloꝝ noīb⁹ terribilib⁹ infirmas
aīas capiūt:ꝛ de deo rerūq̄ꝫ natura fabulo/
ſa ꝛ a ſanitate veritatꝭ aliena mlta cōtexūt.
Animarū ſubſtātiā dei dicūt eſſe naturaꝫ:
earūq̄ꝫ aduentū in hec corpa cū aliis aereis
aīalib⁹ dicūt fieri:p q̄s pctā in corpib⁹ com/
mittunt: Nā illas aīas q̄ ex dei ꝓcedūt ſub
ſtātia: reuerti ad deū imaculatas. Dicūt q̄ꝫ
bonū deū ꝛ malū deū i ſuiſ hꝫ dogmatib⁹.

7 Arpocratiani ſunt a carpocrate: q̄
c docebat oēm turpeꝫ operationē/om/ Ar. t carpocratite.
nēq̄ꝫ adinuētionē pcti:nec aliť eua/ Ar. t e pcī aiatem.
di atq̄ꝫ trāſiri ꝑncipat⁹ ꝛ poteſtates quibus
hec placēt vt poſſint ad celū ſupiuſ ꝑuenire.
Hic etiā ieſū hoīeꝫ tm̄mō/ ꝛ de vtroq̄ꝫ ſexu
natū putaſſe ꝓhibet:ſꝫ accepiſſe talē aīaꝫ q̄
ſciret ea q̄ ſupna eēnt atq̄ꝫ nūciaret. Reſur/
rectionē corpis ſil cū lege abiiciebat. Nega
bat mūdū a deo factū/ſꝫ neſcio a q̄b⁹ ꝟtuti/
b⁹ mūdū. Secte ipſi⁹ fuiſſe tradit ſocia q̄dā
marcellina q̄ colebat imagies ieſu ꝛ pauli ꝛ
homeri ꝛ pythagore adorādo incenſūq̄ꝫ po/
Erinthiani aut cerītho idē (nēdo. 8
c q̄ꝫ merinthiani a meritho:mūdū ab
angelꝭ factū eē dicētes:ꝛ carne circū/
cidi oportere/atq̄ꝫ alia hmōi legꝭ ꝑcepta ſer
uari. Ieſum hoīem tm̄mō fuiſſe: nec reſurre
xiſſe/ſ reſurrecturū aſſeuerātes. Mille q̄ꝫ an
nos p⁹ reſurrectionē in terreno regno chriſti/
ſcđꝫ carnaľ ventꝭ ꝛ libidis voluptateſ/futu
roſ fabulant:vn̄ etiā chiliaſte ſūt appellati.

9 Azarei cū dei filiū ꝯfiteāt eē chriſtū/ Ar. t nazorei.
n oīa tn̄ veterꝭ legis obſuāt q̄ chriſtia
ni p apſicā traditionē nō obſeruare
carnaliter:ſꝫ ſpūtaliť intelligere didiceſt.

10 Ebionei chriſtū etiā tm̄mō hoīeꝫ di Ar. t hebionite.
b cūt. Mādata carnalia legꝭ obſuāt:
circumciſioneꝫ ſcꝫ carnis/ꝛ cetera a
quoꝝ onerib⁹ p nouū teſtamētū liberati ſu
mus. Huic hereſi epiphanius ſamſeos ꝛ el/
ceſeos ita copulat/ vt ſub eodem numero
tāq̄ꝫ vna ſit hereſis ponat: aliq̄d tn̄ intereſſe
ſignificāſ: Quiſ ꝛ in cōſequētib⁹ loquat de
illis ponēs eos ſub nūero ſuo. Euſebi⁹ ꝟo
elceſaitarū ſectā cōmemorās:fidē in pſecu/
tiōe dic̄ negādā docuiſſe: ꝛ i corde ſeruādā.

11 Alentiniani/ a valentino: q̄ de na/
v tura rerū multa fabuloſa cōfinxit.
Triginta eonos.i.ſecula aſſerēs ex/
titiſſe:quoꝝ ꝑncipiū eſſe ꝓfūdū ꝛ ſilentiū:
qđ ꝓfundū etiā patrē appellat. Ex q̄b⁹ duo/
bus velut ex ꝯiugio ꝓceſſiſſe ꝓhibet intelle/
ctū ꝛ veritatē ꝛ ꝓtuliſſe in honorem patris
eonos octo: De intellectu aūt ꝛ veritate ꝓ/
ceſſiſſe ꝟbū ꝛ vitā:ꝛ ꝓtuliſſe eonos decem.
Porro de ꝟbo ꝛ vita ꝓceſſiſſe hoīem et ec/
cleſiā:ꝛ ꝓtuliſſe eonos duodeci. Itaq̄ꝫ octo
ꝛ decē ꝛ duodecim fieri triginta eonos:ha/
bētes/vt dixim⁹/ꝑmū ꝑncipiū de ꝓfundo ꝛ
ſilētio. Chriſtū aūt a pr̄e miſſuꝫ.i. a ꝓfūdo
ſpūtale vel celeſte corpus ſecū attuliſſe ni/
bilq̄ꝫ aſſumpſiſſe de virgie maria: ſed p illā
tanq̄ꝫ p riuū/aut p fiſtulā ſine vlla ð illa aſ/
ſūpta carne trāſiſſe. De triceſimo ſecđo dicit
diabolū genitū: ꝛ a diabolo alios natos q̄
fecerint hūc mūdū. Et ideo maliciā nō arbi
trio tribuit/ſ nature mūdi/id eſt generi di/

abolico. Carnis reſurrectionez negat: Ani/
mam tm̄ et ſpm̄ affirmat p chriſtū ſaluari.
12 Euandriani ħ a valētinianis diſta/
Al. Heuandi/ani. f re dicunt: q addūt opa turpitudis.
13 Tolemę⁹ q̄ꝫ diſcipul⁹ valētini hęre/
Ptolemei. p ſim nouā cōdere cupiēs / q̄ttuor ęo/
nos et alios q̄ttuor aſſerere maluit.
14 Arcus etiā neſcio q̄ hęreſem ꝯdidit:
Marci. e m negās reſurrectionē carnis: ⁊ chriſtū
nō vere / ſꝫ putatiue paſſum aſſeue/
rās. Duo q̄ꝫ opinat⁹ eſt ex aduerſo ſibi eē
pncipia. Quidā tale etiā ipē de ęonib⁹ ſi/
cut valentinus affirmans.
15 Olorbaſ⁹ ſecut⁹ ē iſtos ñ multū alit
Colorbaſij c ſentiēs: Uitā olm hoīꝫ ⁊ generatio/
nē in ſeptē ſiderib⁹ ꝯſiſtere affirmāt.
16 Eracleonitę ab heracleone diſcipu/
b lo ſupiorꝫ / duo aſſerūt pncipia: vnū
me ſeducis/ nõ me decipis: quãtũcũq; mihi
cõferas: nõ mihi tollis p̃ciũ meũ: Pecunia Act.8.b
tua tecũ ſit in p̃ditionẽ: Nã p̃ciũ meũ nõ ha
bet ęſtimationẽ. Clamat hõ: fidelis ſum/ et
exufflaŕ: clamat in noĩe patris ⁊ filij bapti/
çatus ſũ/ ⁊ tu irritũ facis. Quid ẽ chriſtia/
no reſeruas: in q̃ patrẽ et filiũ et ſp̃mſanctũ
exufflas? An forte nouã fidẽ/ nouũ baptiſ/
ma/ nouũ deũ de tranſmarinis partib⁹ ad/
duxiſti? Dic meus ſancte paule/ doce diuini
iuris p̃ite/ ſponſi amice: hõ iſte modo venit/
mũdũ ſubuertit/ fidei vnitatẽ ſcindit/ trini/
tatẽ diuidit/ ſibi nõ ꝯſentientẽ rebaptiçare
cõtẽdit. Quid facit? In chriſto ieſu p̃ euan/ 1.Cor.4.b.
geliũ tuũ me genuiſti: in ipſo baptiçat⁹ ſũ.
An forte eſt alia fides/ aut aliud baptiſma?
Una fides/ vnũ baptiſma/ vn⁹ deus et pa/ Eph.4.b.
ter oĩm. Si ẽ vna fides/ imo q2 ⁊ vna fides/
vnum baptiſma / vnus deus et pater om/
nium: iã credidi/ iã baptiçat⁹ ſum/ iam deũ
habeo patrẽ: q̃re homicidã patior arrianũ?
Subueni dñe me⁹ ieſu ⁊ accingere gladiu3 Ps.44.
tuũ circa femur potẽtiſſime. Omniũ poten/
tiſſime egredere: occide eos in ſe: viuãt in te
⁊ deſinãt perſequi te. Sabelliani te ſubtra/
hunt/ arriani te minuũt: Tu q̃d dicis de te?
Pať dixit vt te audiam⁹: Cũ te audimus/
ipſũ audim⁹: vno ictu vtroſq; p̃cute aduer/
ſarios. Pereant inq̃t vaniloq̃/ ⁊ mẽtis ſedu
ctores/ arrian⁹ ⁊ ſabellian⁹. Nõ ego ⁊ pater
vnus ſum / ſed ego et pr̃ vnũ ſum⁹. Qđ di/ Joh.10.f
co: vnũ/ audiat arrian⁹: qđ dico/ ſumus: au/
diat ſabellian⁹: non diuidat arrian⁹/ vnum:
nõ deleat ſabellian⁹/ ſumus: ſed ambo ve/
niant ⁊ ſint etiã ipſi nobiſcũ in vnum/ ſicuti Joh.17.b.
ego ⁊ pr̃ vnũ ſum⁹. Ergo ſi pr̃ ⁊ fili⁹ vnũ ſũt:
imo q2 indubitãter vnũ ſunt: nõ duo/ ſ; vn⁹
deus. Nõ iniquũ aliq̃d p̃pheta ſcribit/ ſed
verũ dixit deũ dicentẽ: Ante me nõ eſt for/ Eſaie.43.b
matus de⁹/ ⁊ poſt me nõ erit. Docuit ꝟitas
ꝟitatẽ/ ⁊ gladio ſic acuto oĩm p̃emit errorẽ.
Si adhuc hęretici reluctanť/ audiãt catho/
lici diffinitiuã ſententiã/ quã ſequanť.

Libri cõcluſio de catholica con/tra p̃dicta ſententia: Ca. VIII.

Udiſtis patrẽ quid dixerit de filio: A
a audiſtis filiũ q̃d de patre dixerit vł
de ſe. Si q̃s vobis euangeliçauerit Gal.1.b.
p̃ter id qđ accepiſtis/ anathema ſit. Dixim⁹
de pr̃e ⁊ filio qđ potuim⁹/ et q̃ntũ potuim⁹:
ſi tñ aliq̃d digne potuimus. De ſp̃uſctõ ta/

cuim⁹: ſ nõ cũ ꝑteriuim⁹: Quicq̃d eñ de pa
tre ⁊ filio dixim⁹: de ſpũſctõ dixim⁹. Eſt eñ
in illis et cũ illis vn⁹ et verus deus: nõ mi/
nor/ aut tertius de⁹. Quid adhuc dicã fati/
gatis/fatigatus? Qui ſpm̃ſanctũ a patre ⁊
filio ęternitate ⁊ ſubſtantia vel cõmunione
ſeparant/eũ q̃ negat ſpm̃ſanctũ nõ eſſe pr̃is
⁊ filij: plen⁹ ẽ ſpũ imũdo: vacuus ẽ a ſpũſan
1.Joh.4.d. cto. Jdeo eñ dicit de⁹ charitas: q: partibus
nõ diuidit vnitatẽ/ſed ineffabiliter coagu/
lat trinitatẽ. Jpſa ẽ eñ trinitas vnus deus
Ps.60. turris fortitudinis a facie inimici: q̃ in ſe cre
dentes cuſtodit in ſęcula ſęculoꝝ: Amen.

Sancti auguſtini hipponenſis epiſcopi/
liber de quinq; hereſibus/explicit.

Capituloꝝ libri contra iudeos/
paganos ⁊ arrianos/ſancti augu/
ſtini recollecta annotatio.

1 Quę fideles bona aſſecuti ſint/ q̃buſq; liberati malis.
2 Qui ſit/ vel quid ſit diabolus/ vł q̃ ſint pompę eius.
3 Quõ diaboli hereditas hõ ſit factus: qualiterq; ruſus ad verã poſſit per/ uenire libertatẽ.
4 De accuſatione diaboli aduerſus homi nem in iudicio dei ꝓponẽda.
5 De ſummę deitatis vnitate/cũ ꝑſona/ rum diuinarũ pluralitate.
6 De ęqualitate patris ⁊ filij: et ſapiẽtię dei altitudine.
7 De arrianoꝝ hereticoꝝ ꝓſumptione.
8 Expoſitio eius q̃d dictũ eſt: Pater ma ior me eſt.
9 De natiuitate chriſti ex matre ṽgine ⁊ ex ſpũſancti conceptione.
10 De multiplici oborta iocunditate in chriſti natiuitate: atq; preterea de iu/ deorum trepidatione/herodis quoq; crudelitate.
11 Cõfutatio iudaicę ꝑfidię ex vaticinijs eſaię et hieremię.
12 Ad idem ex daniele.
13 Ad idem teſtimonia ex lege et ꝓphetis reliquis.
14 De teſtimonijs ꝓ aduentu chriſti ex no uę legis primoribus iudeis.
15 De prolatis chriſto ex gentibus teſti/ monijs/rege videlicet nabuchodono ſor/ ⁊ poeta virgilio.
16 De ſibyllinis in chriſtũ vaticinijs.
17 De celi/ maris/ terrę/ inferni/ luciſq; in chriſtũ teſtimonijs.
18 De teſtimonio chriſti ex iudęoꝝ obcę/ catione ⁊ diſperſione in gentibus.
19 De catholicoꝝ fide ⁊ hereticoꝝ in ſpiri tumſanctũ blaſphemia.
20 De vera fide ⁊ mortuoꝝ reſurrectione.
21 De differentia tp̃alis vitę ab ęterna.
22 De via ad patriam.

Diui aurelij auguſtini hipponē/
ſis epi/liber contra iudeos paga/
nos ⁊ arrianos/incipit.

Que fideles bona aſſecuti ſint: q̃buſq; liberati malis: Ca.1.

Jnter preſſu A
ras atq; anguſtias ꝑſen/
tis tp̃is ⁊ noſtrę officia ſer
uitutis cogimur dilectiſſi
mi nõ tacere: cum potius
expediat flere mag' q̃ ali
quid dicere: verũtamẽ ne q̃d min⁹ lucri ar/
cę dñicę accedens/dicat nob: Serue nequã Math.25.c.
⁊ piger/ tu erogares pecuniã meã: ⁊ ego ve
niens cũ vſuris exigerẽ eã: peto charitatem
veſtrã: vt q̃ ipſe paterfamilias ꝑ nos vobis
miniſtrauerit/libenter accipere dignemini.
Apli pauli verba ſunt: Nox ꝑceſſit/dies au Roma.13.a.
tem appropinq̃uit: Deponẽtes ẽ opa tene/
brarũ induite arma lucis. Expulſa itaq; no
ctis caligine effugatiſq; tenebris pctõrum/
radius veri luminis fulgeat in cordib⁹ ve/
ſtris. Exigit eñ a nobis ratio hui⁹ tantę con
gregationis ⁊ noctis trãſactę: vobis redde/
re rationẽ/⁊ iſti⁹ diei de tãto ſacramẽto per/
cepto verã ſempiternãq; demõſtrare ſalu/
tem. Si eñ dilectiſſimi opa tenebrarũ trãſ/ B.
actę noctis cõſiderem⁹: ⁊ q̃d ęgerimus/dño
donante explicare voluerim⁹: inueniemus
nos in nocte: nõ opa noct'/ſed diei ꝑęgiſſe:
Neq; eñ delectatiõe ſomni ſopitos ſenſus
noſtros agnouim⁹: neq; vanis phantaſma/
tibus aias noſtras illuſas: nec ipſa corpora
nr̃a ſtramẽtoꝝ calore depꝛſſa in alto ſopore
requies inclinauit: ſed vigilando/orando/
pſallendo/ ꝯ aduerſariũ diabolũ dimicãdo
⁊ magnã lucẽ infuſã cordib⁹ nr̃is ſenſimus/
⁊ in nocte opa dei ꝑęgim⁹. Quid eñ ęgim⁹
in hac nocte? Captorẽ captiuauim⁹. Quid
ęgim⁹ in hac nocte? Tenebras diabolicas a
cordib⁹ veſtris excuſſim⁹: lumẽ verũ hauri/
endũ eſſe demõſtrauim⁹. Quid eñ actũ eſt
in hac nocte? Veniẽs vera fortitudo alliga Math.12.c.
uit fortem vt vaſa eius dom⁹ eripiat. Quid
actũ ẽ in hac nocte? Extirpata ẽ ſupbia: in/
troducta ẽ humilitas. Quid actũ eſt in hac
nocte? Princeps oim vitiorũ expulſus eſt:
fons oim bonoꝝ ſuſceptus ẽ. Videtis dile/
ctiſſimi q̃ bona habeatis ꝑparata: ⁊ ex quo

onere/vel ex quib⁹ ſarcinis peccatoꝝ rele/
uamini ab iſto q̄ vos vocat vt ſuſcipiatis
Matth.11.d. iugū eius ſuaue:et ſarcinā eius leuē. Depo
Roma.13.d. nentes itaq̄ opera tenebrarū/ induite vos
arma lucis. Quid ſit hoc / ex v̄bis ſymboli
qđ modo accepiſtis/ vobis expoſitū eſſe co
gnoſcit̄. Quid eſt deponere opa tenebraꝝ/
niſi renunciare diaboli pompis/ et angelis
eius? Et quid eſt: Induite vos arma lucis/
niſi credite in deū patrē omnipotentē?

Qui ſit vel quid ſit diabolus vł que ſint pompe eius: Ca.II.

Prius tū dilectiſſimi diſcuriam⁹/qui
ſit/vel q̄d ſit diabolus/ vel/ que ſint
pompe ei⁹: q̄bus renunciantes/opa
deponim⁹ tenebrarū: tunc demū de deo pa
tre omnipotente q̄ eſt vera lux quantū ipſe
Diabolus quis ſit donauerit charitati veſtre dicemus. Quid
eſt diabolus? Angelus p̄ ſuperbiā ſepara/
Joh.8.f tus a deo/q̄ in v̄itate nō ſtetit: auctor men/
dacij: a ſemetipſo deceptus: alteꝝ decipere
cōcupiuit. Iſte aduerſarius/effectus aduer
ſarius humani generis: inuentor mortis: ſu
perbie inſtitutor: radix malicie: ſcelerum ca
put: princeps oim vitiorū: pſuaſor etiā tur/
De peni.dıſ.2. c princeps pium cogitationū. Hic dū illū p̄mū hoiem
a deo factū / adā ſcȝ patrē oim noſtrū intu/
eretur: videretq̄ hominem ex limo terre ad
imaginē dei factū: pudicitia ornatum: tem/
perantia cōpoſitū: charitate circūdatū: im/
mortalitate veſtituȝ: emulus atq̄ inuidus
hoc hoiem terrenuȝ accepiſſe / qđ ipſe dum
eſſet angelus p̄ ſupbiaȝ cognoſcit̄ amiſiſſe:
inuidit ſtatim inſatiabilis homicida: coſq̄
noſtros primos parētes illis donis ac tan/
tis bonis expoliauit/inſup̄ et p̄emit. Nāq̄
dilectiſſimi cū tanta bona hoi diabolus ab
ſtuliſſet: pudicitiā/cōtinentiā/charitatē/im
mortalitatē: eūq̄ turpeȝ ac nudū reddidiſ/
ſet: obſitū ſuis pannis deridens eū/ſuo do/
mino obſtrinxit: atq̄ ex illo vinculo omnē
prolē ei⁹ ſibimet obligauit. Turpes em̄ pā/
nos ſuſcepit adā/q̄n a diabolo expoliatus
pudicitia/accinctus eſt impudicitia: amiſſa
temperātia intēperās effect⁹ eſt: p̄dita cha/
ritate/malus inuent⁹ eſt: expoliatus imor/
talitate/morti ꝓpinatus ē. Quid p̄didit/ ⁊
q̄d accepit? Ad hoc em̄ p̄ turpiſſimos pan/
nos ſuos poſteros obligauit.

Quomō diaboli hereditas hō ſit factus: qualiterq̄ rurſus ad veram poſſit peruenire libertatem: Ca.III.

Renunciem⁹ huic damno/
ſe hereditati: pupilli effecti ſumus:
Añq̄ exactor veniat/tā peſſime he/
reditati renunciem⁹. Si q̄s itaq̄ huic here/
ditati/in q̄ ſunt panni diaboli/pompe ſcȝ ⁊
angelis ei⁹ renūciare neglexerit: cū iudex ve Matth.5.d.
nerit/ſicut euangeliuȝ loquit̄/ tradet̄ debi/
tor exactori: exactor aūt debitorē in carcerē
trudet: Amen dico vobis ait dn̄s/ nō exies
inde donec reddas nouiſſimū quadranteȝ.
Omne itaq̄ gen⁹ humanū tāq̄ pauperē et
pupillū cōmendat ſcriptura diuina dicens
deo: Tibi derelict⁹ eſt paup̄: pupillo tu eris Pſ.9.
adiutor. Eiuſq̄ aduerſariū diabolū demō/
ſtrans ſecutus adiūxit: Conterens brachiū
pctōris et maligni. Aſſit itaq̄ aliq̄s pi⁹ hō/
et aliquā miſcđiam huic pupillo ⁊ pauperi
exhibeat. Ferocē em̄ atq̄ callidum aduerſa
riū patit̄: ⁊ h̄ pupillus in cauſa ſua defecit:
q̄m eū ſuus aduerſari⁹ prauis actibus obli
gauit. Adhibeamus huic pupillo idoneos
defenſores: et aplorū tāq̄ iuriſperitoꝝ cele/
ſtiū ei patrociniū ſubrogem⁹. Quid ē agen
dum apud tales ꝓ tali? Apud vos itaq̄ pe
tre/paule/iohānes/ceteriq̄ ſancti cōſiliarij
veri iudicis amici: ſūme poteſtatis cauſam
exponim⁹: q̄ optime noſtis hui⁹ pauperis
et pupilli generis ſcȝ humani/q̄ ex paterno
chirographo debitor inuētus eſt reus: atq̄
obſtrict⁹ ab aduerſario detinet̄: nō eſt aliud
quēadmodū huic ſubueniat̄/niſi ex vr̄o cō/
ſilio. Quid itaq̄ i h̄ negocio ſerenitati vr̄e
videat̄ ꝓ hui⁹ miſeri libertate ex communi
tractatu/vtinā ꝓ eo dignā mihi ꝓferte ſen/
tentiam. Et vos em̄ aſtrinxerat hec obliga/
tio/ niſi vobiſ gr̄a chriſti ſubueniret. Libera/
ti libertate cōſilium qđ a iudice accepiſtis/
ꝓmite: vt h̄ ſequat̄ q̄ captiuuſ detinet̄/atq̄
ex mala ſeruitute per veſtrā defenſionē ad
verā ꝑueniat libertatē. Hoc eſt/ vox oim qđ
fecim⁹/ faciat. Quid obſecro facturus eſt?
Renūciet diabolo/pompiſ ⁊ angelis eius.
Hec illa damnoſa hereditas / cui renūciare
cōpellimur. Videtis quā ſententiā protu/
lerunt noſtri defenſores.

De accuſatione diaboli aduerſus hominē in iudicio dei proponenda: Ca.IIII.

Vigilet itaq̄ vnuſq̄ſq̄: ne nō ex toto
renuncians poſt ꝓfeſſionē apud eū
diabolus ſuos pānos recognoſcat:
et incipiat ſemp̄ reus detineri/quē chriſtus
voluit ſua gr̄a liberare. Nec ſibi male blan/
diant̄ / q̄ poſt gratiā acceptā corrigi nolūt:
atq̄ rurſus ad illas ſuas priſtinas redeant
volūtates. Expectat̄ em̄ dieſ iudicij: aderit
ille equiſſim⁹ iudex/q̄ nulli⁹ potentis pſonā Roma.2.b
accipiet: cui⁹ palatiū auro vel argēto nemo
corrūpet. Aſtabunt oēs anime/vt referat 2.Cor.5.d.
vnaqueq̄ ſm̄ ea q̄ p̄ corp⁹ geſſit ſiue bonū/
ſiue malū. Preſto em̄ erit aduerſari⁹ diabo
lus: recitabunt̄ verba profeſſiōis nr̄e. Et ſi

.c talis fuerit q̄ſq̃/ vt debitor ex hac vita mi/
gret: exultabit ille aduerſari⁹ in ꝯſpectu ſere
niſſimi iudicis/ ſuperiorē ſe eſſe declamans:
Agenſq̃ talē cauſā apud talē iudicē: Eq̄ſſi/
Pſ.88. me inq̄t iudex/ iudica: Juſticia ⁊ iudiciū prę
paratio ſedis tuę. Judica meū eſſe q̄ tu⁹ eſſe
noluit: me⁹ eſt: mecū dānādus ē. Poſt renū
ciationē vt q̄d inuaſit pānos meos? Quid
apō cū ipudicitia faciebat / cui ipe renūcia/
uerat? Quid intēperātia/ q̄d auaricia/ quid
ira/ quid ſupbia/ q̄d cętera mea? Poſtremo
ęq̄ſſime fugientē a me/ ꝯfugientē ad te/ po/
ſtea cū meis q̄bus renuciauerat apphendi:
inuaſorem detinui. Jn ipſa q̄dāmodo mea
poſſeſſione apphenſus ē. Quid em̄ in circo
faciebat/ atq̃ ibi furias/ lites/ inſanas vo/
ces/ inaneſq̃ victorias/ cū tā a ſe alien⁹ ſibi/
met videbat? Quid in theatro renunciator
turpiū voluptatū? Quid in amphitheatro
Roma.2.a. crudelitates ſuaſ oculis ſuis intuēdo? The
ſauriçauit ſibi irā i die irę. Hęc oia mea poſt
renūciationē inuaſit: me⁹ eſſe voluit/ et mea
concupiuit: Judica/ iudica ęq̄ſſime: qm̄ quē
tu nō dedignat⁹ es tanto p̄cio liberare: ipſe
mihi ſe poſtmodū voluit obligare. Poterit
ne os apire is q̄ poſt ꝓfeſſionē ſuā talis in/
uenit/ vt iuſte diabolo abdicet? Uidete q̄d
agitis filij mei/ frēs mei/ quō hāc ꝓfeſſionē
veſtrā cuſtodiatis. Cōteſtamur vobis ip̄m
iudicē om̄eſq̃ poteſtates cęleſtes: ⁊ nos au
diūt admonētes/ ⁊ vos excipiūt ꝓfitentes:
2.Cor.6.a. ne inuacuū gratiā accipiatis/ ſed corde inte
gro/ tota ꝟtute/ ꝑfecta fide renūciātes atq̃
ſpernētes tā dānoſā diaboli hęreditatē ne
pupilli vel pauperes remaneatis.

De ſumme deitatis vnitate cū perſonarū diuinaruꝫ pluralitate: (Ca.V.

Redite in deū patrē oipo/
tentē: mutantes patrē/ mutate hęre
ditatē. Quis ē iſte pf oipotēs? Pa/
trē quidē oim quē credim⁹ oim noſtrū/ atq̃
totius mūdi cognoſcim⁹ eſſe ꝑ gratiā/ ſed et
ꝓpriū ei⁹ filiū q̄rim⁹ ꝑ ſubſtantiā: qm̄ et an/
teq̃ ab illo mūdus formaret/ pf erat: eratq̃
ei vtiq̃ fili⁹ ex ipſo/ cū ipſo: hoc q̄d ipſe/ ſed
nō ipſe: qm̄ ille pf/ hic fili⁹: qm̄ oipotens pf
oipotētē filiū genuit de ſe/ talē q̄lē ſe nouit:
vt tot⁹ maneret in ſe ⁊ eſſet pf filij/ ⁊ fili⁹ pa/
tris: deus ex deo: dies ex die: lumē de lumi/
ne: nō tñ duo dij/ aut duo dies/ aut duo lu/
minaria: ſed vn⁹ deus/ vn⁹ dies/ vnū lumē.
Nō capis vidēdo/ intellige credēdo: mūda
oculū cordis/ imo potius ipſa lux quā deſi/
deras videre/ mūdet cor tuū/ vt ſit a pctōꝝ
Math.5.a. tenebris mūdatū. Beati em̄ ait dñs mūdo
corde/ q2 ipſi deū videbūt. Ecce extēde aciē
oculi cordis ⁊ vide/ ⁊ aures cordis accōmo/
da ⁊ audi. Pater em̄ ⁊ fili⁹ duo ſonāt: ſed cū
ipſe filius dicit: Ego in patre/ ⁊ pf in me eſt. Joh.14.b.
Uerbū em̄ pfis ē fili⁹. Pater autē nūq̃ fuit
ſine verbo: Qm̄ in p̄ncipio erat ꝟbū/ ⁊ ꝟbū Joh.1.a.
erat apud deū/ ⁊ de⁹ erat ꝟbū: h̄ erat in p̄nci
pio apud deū. Hoc ḡ verbū fili⁹ cū ē in pře:
⁊ pf in filio ſuo ꝟbo ſuo. Non ḡ duo dij/ ſed
vn⁹ de⁹. Dies ex die/ duos videt ſignificare
dies: ſ; cū ipſe fili⁹ in euāgelio dicit iudęis:
Abraā pf veſter exultauit vt videret diem Joh.8.g
meū/ ⁊ vidit ⁊ lętatus ē. Abraā autē tres vi/ Gen.18.a.
ros vidēs ſub quercu mābre: nō tres appel
lauit dños/ ſ; vnū appellauit dñm/ tāq̃ tres
dies vnū. Uñ ipſe dñs in euāgelio vnū vo
lens intelligi diē patrē et filiū: philippo req̄/
renti patrē tāq̃ alteꝝ diē: q̄ iā filiū videbat
diē: oſtendēs q̄ oculo q̄rere deberet videre
dei vnitatē: q2 oculū carnis fixerat in huma
nitatē: Philippe inq̄t q̄ me videt/ videt ⁊ pa Joh.14.b
trem. Ego em̄ ⁊ pf nō duo dies/ ſed vn⁹: Si
potes capere/ cape ſempiternū diē.

De equalitate patris ⁊ filij/ ⁊ ſapientie dei altitudine: Ca.VI.

Lumen de lumine duo ſonare videt
luminaria/ ſed abſit a nobis ne nos
error manicheoꝝ cōp̄hendat: q̄ tātū
ſolē ęſtimāt eſſe chriſtū: ſ; nos ſolem iuſticię
credim⁹ verbū pfis inſeparabile: ęqualē cū
patre manentē: ⁊ oia cū illo diſponentē: pa/
trem ꝑ filiū oia facientē: fabricā mundi per
ver bū ſuū ꝯſtruentē: filiū ad nos venientē
nec patrē deſerentē: ſemꝑ cū illo/ nuſq̃ vſq̃
eſſe ſine illo: illuminantem et de ſe ⁊ de illo
ſplendentē/ radiantē/ coruſcantem/ nō duo
luminaria ſ; vnū lumē. Ego em̄ ait ⁊ pf vnū Joh.10.f.
ſumus. De ipſo ꝟbo vnigenito ait ꝓpheta
dauid: Semel locut⁹ ē de⁹ duo hęc audiui. Pſ.61.
Quō ſemel locut⁹ ē de⁹/ ⁊ ſecūdo ſonuit: niſi
q2 verbū intrāſgreſſibile ꝓcedens de corde
patris/ ſuſcępit carnē/ vt eēt hō ex vtero ma
tris: venit ⁊ māſit: ad nos venit a patre nō
receſſit? Ecce ꝑ h̄ q̄ ſemel locut⁹ ē de⁹/ ſurre/
xit ois fabrica nřa: Per h̄ q̄ ſecūdo ſonuit/
factus ē pax nřa vt ſolueret inimicitias in Eph.2.c.
carne ſua. Hoc ꝟbū/ h̄ lumē nō reſpiciēs ar/
rianus audet dicere filiuꝫ minorē: quē nos
ꝯfitemur ęqualē: ⁊ inſana contumacia vult
de ꝟbo in corde patris manēte diſputare:
cū ſeipſū nō valeat intelligere. Jnſane hęre
tice prius redi ad te: ꝯſidera te totū ſi potes
cōp̄hendere te: ⁊ tunc diſputa de illo q̄ fecit
te. Uide q̃ nō altū ſapiebat/ ſ; in ſimplicita
te cordis deū noſſe q̄rebat ille humilis da/
uid: q̄ in vno lapide ſupbā frontē deiecit go 1.Reg.17.f.
lię. Uide q̃ nō alte ſapiebat: ꝯſiderauit em̄
q̄d in ſeipſo ageret: cōſiderauit animā ſuā:
inſpexit fabricaꝫ: diſcuſſit ſe intus q̄d eſſet:

et ex q̃ parte iſtã tã pulchrã molẽ guberna/
ret: atq; in vaſculo luteo quo habitaret aĩa
plena tantis theſauris ſapiẽtię ⁊ ſcientię et
prudẽtię: vbi illic eſſent tanta/ tã ꝓcioſa/ tã
grãdia: q̃ loca aĩę obtinerẽt/ in q̃ nullus eſt
locus: atq; ex vno fonte quõ ꝓcederent ſin/
gulę ꝟtutes ſine diminutione ⁊ exeuntis ⁊
ꝓfundentis. Uidit hęc: ꝯſiderauit hęc: vo/
luit nec valuit cõprehẽdere ſe: ⁊ exclamauit
Pſ. 138. deo dicẽs: Mirificata eſt ſciẽtia tua ex me:
inualuit/ nõ potero ad illã. Hoc fuit dicere:
Qñ te poſſũ cõprehẽdere tã magnũ/ q̃ me/
ipſũ nõ valeo explicare extremũ et paruũ?
Uide et aliũ humilẽ recogitantẽ modulũ ſuę
infirmitatis/ et nõ excedentẽ: ſupbos ad hu
Eccl. 1. a. militatẽ inclinantem: Arenã inq̃t maris/ et
pluuię guttas/ ⁊ dies ſeculi quis dinumera
uit? Altitudinẽ cęli/ et latitudinem terrę/ et
ꝓfunditatẽ abyſſi q̃s menſus ẽ? Sapiẽtiã
dei ꝓcedentẽ oĩa/ q̃s inueſtigauit? Ecce pro
pheta dicit: immo ipſe dñs q̃ loquebat̃ per
ꝓphetã/ q; ſapientiã dei nullus inueſtiga/
1. Cor. 1. d. uit: Chriſtus ẽ eñ dei ꝟtus/ et dei ſapiẽtia.
Nullus ſm diuinitatẽ potuit inueſtigare ſa/
pientiã: q̃r ſm id qđ fili⁹ natus ẽ de pr̃e ſine
aliq̃ matre/ natiuitatẽ ei⁹ q̃s enarrabit?

De arrianorũ hereticorum pre/ ſumptione: Ca. VII.

d Ic mihi heretice/ q̃ audes dicere q;
minor ſit dei ſapiẽtia: dic mihi: alti/
tudo cęli quanta ſit: latitudo terrę:
profundũ abyſſi? Numera ſi potes pluuię
guttas: arenã maris: dies ſeculi: tuos etiã
Matth. 10. d. numera capillos: Qm̃ omes capilli capitiſ
veſtri numerati ſunt. Demonſtra mihi atq;
explica parua iſta inferiora: ⁊ tũc tibi credã
poſſe et inueſtigare ſuperiora. Sed nõ po/
tes: nõ vales: Spũs dei te cõuincat/ q̃ vos
hereticos añ ꝓuidit. Qui eñ iſta q̃ ſuperi⁹
diximᵘ/ cõſcripſerũt atq; ſenſerunt: ſpũ age
bant̃ ꝟitatis/ nõ erroris. Tu autẽ heretice/
cũ hęc nõ vales explicare: audes de ipſa q̃
inueſtigari nõ põt/ dei ſapiẽtia diſputare: ⁊
magn⁹ videri tibi/ q̃r diſputas nullo alter/
cante tecũ: nullo iudice ꝓſidente: Et dũ ſuf/
fragat̃ temp⁹ errori tuo/ exiſtimas te aliq̃d
eſſe/ cũ ſis nihil: et ſeductus m̃ltos ſeducere
cupis: alios pecunia/ alios potẽtia: tales ti
bi cõgregaſ q̃s plurimũ tecũ ſimul perdas.
Nõ eſt tibi labor hic vtilis ad ſalutẽ/ ſ; po/
tius ad perniciẽ. Talia eñ docendo/ immo
nõ docendo/ ſ; poti⁹ blaſphemãdo: nõ cuili/
bet potẽti/ ſ; ipſi deo patri in ei⁹ filio facere
demõſtraris iniuriã. Maior ẽ pater/ minor
eſt fili⁹: melior eſt pater/ inferior filius. Has
cõtumelias nec hõ q̃libet ſapiẽs libẽter ac/
cipiat: q̃ filiũ meliorẽ ſeipſo/ aut parẽ habe
re cõtendit. Uñ etiã illud dictũ ꝓpheticũ:
Letat⁹ eſt pater in filio ſapiente: in vita ſua Eccl. 30. a.
viuit/ ⁊ in obitu nõ eſt cõtriſtatus: Mortu⁹
eñ eſt pater/ et tñ; nõ ſit mortuus. Quare
nõ eſt mortuus? Similẽ eñ reliquit pro ſe.
Ecce ꝓpheta dicit: ſapientẽ filiũ hoĩs eſſe
ſimilẽ patri: et tu heretice audes dicere ipſã
ſapientiã dei filiũ patri eſſe diſſimilẽ. Pro/
pheta dicit: mortuũ hominẽ patrẽ in eo q;
filiũ ſimilẽ reliquit viuere in filio: et tu au/
des ipſã ſempiternã vitã/ qđ eſt dei fili⁹/ ſe/
parare ab illo q̃ nũq; morit̃ patre?

Expoſitio eius qđ dictũ eſt: Pa ter maior me eſt: Ca. VIII.

c Q̃d inq̃t facturus ſum? Ipſe dixit:
Pater maior me eſt. Quia nõ intel/ Joh. 14. d.
ligis/ ideo tibi male ſonat qđ dixit.
Nã ipſe dixit/ imo et confirmauit. Prorſus
ipſe dixit: Pater maior me ẽ: ipſe fili⁹ dixit.
Uide qñ hoc dixit: In ſuſceptione huma/
nę naturę poſitus hoc dixit. Tũc dixit: Pa
ter maior me eſt/ quando dixit: Triſtis eſt Matth. 26. d.
anima mea vſq; ad mortẽ. Tũc dixit: Pa/
ter maior me eſt: quando fleuit: qñ laſſatus
eſt: qñ eſuriuit: qñ ſitiuit. Tũc dixit: Pater
maior me eſt: qñ et dicit ſcriptura: minora/ Pſ. 8.
tum paulomin⁹ ab angelis. Nũq̃d etiã in/
ſana ſupbia ita irreuerẽs progredit̃ veſtra:
vt verbũ dei manens apud patrem audea/
tis dicere in illa diuinitate angelis eſſe mi/
norem? Si nõ audes heretice hoc dicere: ſer
ua hos gradus/ et periet error tuus: Filius
apud patrẽ: ęqualis cũ patre: qm̃ ſempiter
nus cũ ſempiterno: ſemꝑ manens cũ ſempi
terno: manet ęqualis/ miſſus/ ⁊ veniens: in
ſuſceptiõe hoĩs minor/ nõ ſolũ patre/ verũ/
etiam angelis: ęqualis in forma dei/ minor
in forma ſerui. Equalis cũ patre/ creans an
gelos: ęqualis cũ patre/ hoĩes faciẽs: ęqua/
lis cũ patre/ nouũ ꝯſtituens mundũ: minor
patre/ perditũ reparãs mundum. Equalis
cũ patre/ vitã largiẽs ęternã: minor patre/
mortẽ ſuſcipiens noſtrã.

De natiuitate chriſti ex mr̃e vir/ gine/ et ex ſpirituſſancti cõceptiõe:

b Unc itaq; filiũ credimus (Ca. IX.
in ſuſceptione hoĩs minorẽ: in diui/
nitate patri ęqualẽ factũ/ ſicut aplſ
dicit: ex ſemine dauid: Quẽ virgo maria de Roma. 1. a.
ſpirituſctõ cõcipiens: et in cui⁹ vtero verbũ
carnẽ ſuſcepit/ nobis factus ẽ mediator hõ 1. timoth. 2. b.
totus et de⁹/ verbũ/ aĩa ⁊ caro vn⁹ chriſtus.
Hoc q̃ppe nobis etiã ordo hui⁹ ſacramenti
declarat: q; poſteaq; credim⁹ in deũ patrẽ
omnipotentẽ: credim⁹ et in ieſum chriſtum

filium eius conceptum de ſpiritusſancto/na
tum ex virgine maria. Et hec natiuitas per/
turbat omnem cogitationẽ humanã: quo/
niam virtus eſt eam operata diuina. Nam
quãdo admittit ratio noſtre generationis:
vt virgo concipiens/virgo poſt partũ per/
manens/ filius videatur: integritas inuio/
lata ſeruet? Et hoc nõ põt implere quilibet
natus hõ: ille autẽ potuit: q2 non erat ſolus
hõ/ſed de⁹ ꝛ hõ: q̃ ꝓpterea voluit naſci hõ:
q2 perierat ois hõ. Primũ itaq3 miraculum
magnum hui⁹ mediatoris ac ſingulare fuit:
q2 ſic natus ẽ: vt ille q̃ veniebat multos do/
cere/facere miracula: q2 ipſe ꝑ ſe ꝛ ꝑ illos fa/
ciebat: haberet tñ aliqd ꝓpriũ q̃ nihil vſur/
pauerat alienũ. Solus eñ de ꝟgine natus
eſt: q2 ſolus ſine amplexu viri et femine de
ſpũſancto cõceptus ẽ: ſolus ſine corruptio/
ne impleuit vterũ matris: q2 ſolus ꝓ nobis
ſuꝑ celos aſcẽdit vt ſederet ad dexterã pr̃is.
Acceperũt ab illo diſcipuli vt facerent mul
ta ꝛ magna miracula: ꝛ fecerũt: nec tñ q̃ſpiã
ꝑdicat aut credit de ꝟgine nat⁹/aut de ſpi/
ritusſancto conceptus: niſi ille vn⁹ q̃ creator
tẽpoꝝ inuẽtus/in tp̄e eſt etiã ipſe creatus:
ſuſcipiẽs quã integrã formauerat humanã
naturã: vt ꝑ ipſã quodãmodo redẽptor no/
ſtrã repararet ruinã. Et hic dei fili⁹ / et hois
fili⁹: Dei fili⁹ de corde patris: hois filius ex
vtero matris. Idem ipſe vnus chriſtus qui
Pſ.18. proceſſit ex vtero virginali tanq3 ſponſus
de thalamo ſuo. In quo vtero ſpiritales
nuptie celebrate: deus coniunct⁹ eſt carni:
ꝛ caro adheſit deo vt eſſet vnus chriſtus et
totus homo.

De multiplici oborta iocunditate in chriſti natiuitate: atq3 pterea de iudeoꝝ trepidatione/ herodis quoq3 crudelitate: Ca.x.

Hic ergo ꝓcedẽs velut ſpõſus de thalamo ſuo: ad cuius nuptias cõmota
vniuerſa exultare viſa eſt creatura.
Nãq3 angeloꝝ chorus ex his nuptijs pacẽ
Luc.2.b. deſignat hoibus bone volũtatis: q2 q̃ erat
dei fili⁹/fact⁹ eſt hois filius: ſuſcipiẽs qð nõ
erat: nõ amittens qð erat. His nuptijs celi
Matth.2.a. nouã ſtellã / nouũ atq3 ſplendidũ lumẽ illo
ipſo ſponſo oꝑante ꝓducũt: vt lumen verũ
ſedentib⁹ in vmbra mortis nũciarẽt natũ: ꝛ
velut in lingua ſua laudarent hũc ſpõſum:
ꝓcedentẽ quẽ ſciebant ad hoc ſuſcepiſſe ho
minẽ mortalẽ vt faceret imortalẽ. Ad hunc
ſponſum magi ab extremo terre veniũt vo
cati: munera offerunt: infantẽ natũ necdũ
quidẽ videntes/ſed ſtella indice regẽ adora
re cupientes. Ex his nuptijs regis nati/tur
batur herodes: ꝑturbati iudei/ꝛ regẽ totius
creature non intelligentes: querit herodes
quẽ audit regem natũ infantẽ ꝑdere: ne illo
creſcente poſſet regnũ amittere. Iudei no/
lentes habere dei filiu3 regem: vbi chriſtus
naſceret/herodi produ͠t: atq3 de vni⁹ infan/
tis nece vtroꝛũq3 volũtas aſtringit. Poſtq3
eñ herodes iudeis narrantibus didicit vbi
chriſtus occidẽdus poſſet inueniri: vocans
ad ſe magos/tẽpus ab eis requiſiuit ſtelle:
miſſoſq3 in bethlcẽ ait: Ite/ diligenter que/ Matth.2.b.
rite de puero: vt et ego veniẽs adorem eũ.
Labia doloſa: qd in ore et corde loqueris
mala? Aliud eñ habet tua lingua: aliud cla
mat cõſcientia: Teipſum decipis talia cogi
tando: Erras/falleris ꝛ fallis. Fruſtra i ma/
lo vigilat falſitas: nõ a te ſicut de te inqui/
ritur veritas. Ecce audiũt magi: aliud qui/
dem foris dicentẽ: ſed neſciũt te int⁹ aliud
cogitantẽ: et pergunt ita vt amplius ad te
non reuertent. Ille eñ eos admonebat qui
ſapientiã tuam deridẽs: hoc magos facere
ꝑcepit qð rex iuſſerat verus: nõ qð ſub do/
lo ꝑſuaſerat falſus. Per aliã inquit euange
liſta viam regreſſi ſunt in regionẽ ſuã. Ve/
rum cũ te a magis deluſum ſenſiſſes hero/
des/ voluiſti oẽs infantes terre illius perde
re: vt vnũ quem querebas poſſis occidere.
Sed ille ſponſus noſter q̃ proceſſit de tha/ Pſ.18.
lamo ſuo: vt ex ore infantiũ ꝛ lactentiũ per/ Pſ.8.
ficeret laudẽ: ſinit implere voluntatẽ tuam
vt etas q̃ lingua ꝓpria chriſtũ non poterat
cõfiteri: teſtimonio mortis ſue/ꝛ crudelitas
immanis demonſtraret tua/ꝛ ad nuptias ce/
leſtis ſponſi infantiũ congregaretur turba.
Dic herodes: ſi te chriſtus ideo offendit/q2
eius magis annũciantib⁹ audiſti regnum?
Quid te offenderũt hi q̃ tecũ aduerſus chri
ſtum ſentiebãt principes iudeoꝝ: quoꝝ fi/
lios interficiẽs ipſos magis atrociſſima pe/
na in ſuis filijs afflixiſti? Nam chriſtũ mini
me inuenire potuiſti. Sed qd tecũ diutius
agam? Ipſos cõueniã iudeos: q̃ dũ infantẽ
chriſtũ noluerũt agnoſcere/filios ſuos pro
illo cõpulſi ſunt amittere: q̃s quidẽ occidit
mortiq3 ꝓpinauit herodes veſter amicus:
Sed his immortalitate3 eternamq3 vitam
donauit chriſtus: quẽ veſtrũ etiam nunc di
citis inimicum.

Confutatio iudaice ꝑfidie ex vaticinijs eſaie et hieremie: Ca.XI.

Vos inq̃ conuenio o iudei: q̃ vſq3 in
hodiernũ diem negaſtis filium dei.
Nonne vox veſtra illa eſt quando
eum videbatis miracula facientẽ: atq3 tem/
ptãtes dicebatis: Quouſq3 animas noſtras Ioh.10.e

ſuſpendis? Si tu es chriſtus/dic nobis pa/
lam. Ille autem ad conſiderationem mira/
culorum vos mittebat dicens: Opera quę
ego facio ipſa teſtimoniũ de me ꝑhibẽt: vt
chriſto teſtimoniũ dicerẽt nõ verba/ſed fa/
cta. Vos aũt nõ agnoſcẽtes ſaluatorẽ/ qui
Pſ.73. opabaꝛ ſalutẽ in medio veſtrę terrę: adiici/
Ioh.8.b. entes in malo aiſtis: Tu de teipſo teſtimo/
niũ dicis: teſtimoniũ tuũ nõ eſt verũ. Sed
ad hęc ille q̃d vobis rñderit / aduertere no/
Deut.17.b. luiſtis. Nõne ſcriptũ ẽ in lege vr̃a: ꝙ duorũ
hominũ verũ ſit teſtimoniũ? Pręuaricato/
res legis/intendite legẽ. Teſtimoniũ quęri
tis de chriſto: et in lege veſtra ſcriptũ eſt: ꝙ
duorũ hominũ teſtimoniũ verũ ſit. Proce/
dant de lege veſtra: nõ tñ duo/ſed etiã plu
res teſtes chriſti: et cõuincant auditores le/
gis/nec factores. Dic eſaia teſtimoniũ chri/
Eſaie.7.c. ſto: Ecce inquit virgo in vtero concipiet et
pariet filiũ: ⁊ vocabis nomẽ eius emanuel:
qḋ eſt interpretatũ/ nobiſcũ deus. Accedat
et alius teſtis. Dic et tu hieremia teſtimoni
Baruch.3.d. um chriſto. Hic eſt inquit deꝰ noſter/et non
ęſtimabiꝛ alius abſq; illo: qui inuenit om/
nem viam ſcientię: et dedit eam iacob pue/
ro ſuo: et iſrael dilecto ſuo: Poſt hęc in ter/
ris viſus eſt: et cum hominibꝰ conuerſatus
eſt. Ecce duo teſtes idonei ex lege veſtra: ex
quorum teſtimonio non ſunt compuncta
corda veſtra.

Ad idem ex daniele: Ca. XII.

[S]Ed alij atq; alij ex lege chriſti teſtes
introducantur/vt fronteſ duriſſimę
inimicorũ conteranꝛ. Veniat et ille
daniel ſanctus: iuuenis quidẽ ętate/ ſenior
ꝟo ſcientia ac manſuetudine: cõuincat om/
nes falſos teſtes: Sicut cõuicit ſeniores im
pudicos/ita ſuo teſtimonio chriſti conterat
inimicos. Dic ſancte daniel: dic de chriſto
Daniel.9.g. qḋ noſti. Cũ venerit inq̃t ſanctuſſanctorũ/
ceſſabit vnctio. Quare illo pręſente cui in/
Ioh.8.b. ſultantes dicebatis: Tu de te teſtimonium
dicis: teſtimoniũ tuũ nõ eſt verum: ceſſauit
vnctio veſtra: niſi qꝛ ipſe eſt q̃ venerat ſan/
ctuſſanctorũ? Si vt vos dicitis/nondũ ve/
nit: ſed expectatur vt veniat ſctũſſanctorũ:
demõſtrate vnctionẽ. Si autẽ qḋ verũ eſt/
ceſſauit vnctio veſtra: agnoſcite veniſſe ſan
Daniel.2.e. ctumſanctorꝫ. Ipſe eſt eñ et lapis abſciſus
ille de monte ſine manibꝰ cõcidentiũ: id eſt
chriſtus natus de virgine ſine manibꝰ com
plectentiũ: q̃ tantũ creuit/ vt mons magnꝰ
fieret: ⁊ impleret vniuerſam faciẽ terrę. De
Eſaie.2.a. quo monte dicit ꝓpheta: Venite aſcenda/
mus ad montẽ dñi. Et de quo dauid dicit:
Mons dei/mons vberrimꝰ: vt quid ſuſpi/ Pſ.67.
camini montes incaſeatos: montẽ in q̃ pla/
cuit deo habitare in eo? Cum eñ ipſe dñs
chriſtus diſcipulos ſuos interrogaret quẽ Math.16.b.
dicerent eſſe homines filiũ hoĩs: Reſpõde/
runt: Alij heliã: alij hieremiam/ aut vnũ ex
prophetis. Et ille: Vt q̃d ſuſpicamini mon
tes incaſeatos: montem in quo placuit deo
habitare in ipſo? Hunc cognouit petrus di
cens: Tu es chriſtus filꝰ dei. Agnouit mon
tem: et aſcendit in montem. Teſtimonium
dixit veritati: et dilectus eſt a veritate. Su/
pra petram fundatus eſt petrus / vt mortẽ
ſuſciperet illum amando/ quem ter negaue Math.26.g.
rat timendo.

Ad idẽ teſtimonia ex lege et pro phetis reliquis: Ca. XIII.

[D]Ic et tu moyſes legiſdator/dux po/
puli iſrael teſtimoniũ chriſto. Pro/ Deut.18.c.
phetã vobis excitabit deꝰ de fratri/
bus veſtris: Oĩs anima quę nõ audierit
ꝓphetaꝫ illũ/exterminabiꝛ de populo ſuo.
Prophetã autẽ dictũ chriſtum: ipſum audi
in euangelio chriſtũ: Nõ eſt inquit ꝓpheta Math.13.g.
ſine honore/niſi in patria ſua. Accedat aũt
dauid ſanctus/teſtis fidelis: ex cuius ſemi/ Roma.1.a.
ne ꝓceſſit ipſe: cui lex et ꝓphetę teſtimoniũ
dicũt: dicat et ipſe teſtimoniũ chriſto. Ado Pſ.71.
rabunt inquit eũ omnes reges terrę: oẽs
gentes ſeruient illi. Cui ſeruiẽt? Dic/cui ſer/
uient? Vis audire cui ſeruient? Dixit dñs Pſ.109.
dño meo/ſede ad dexterã meã: donec ponã
inimicos tuos ſcabellũ pedũ tuorũ. Et ex/
preſſius atq; noiatim: Quare inq̃t tumul/ Pſ.2.
tuatę ſunt gentes: et populi meditati ſunt
inania? Aſtiterunt reges terrę/et principes
cõuenerũt in vnũ/aduerſus dñm/et aduer/
ſus chriſtũ eiꝰ. Accedat et alius teſtis. Dic
et tu abacuk teſtimoniũ chriſto: Dñe inq̃t Abacuk.3.a.
audiui auditũ tuũ et timui: cõſideraui ope/
ra tua et expaui. Quę opera dei iſte miratꝰ
expauit? Nunq̃d fabricã mundi iſte miratꝰ
expauit? Abſit. Sꝫ audi quid expauit. In
medio inquit duũ animaliuꝫ innoteſceris.
Opera tua deus: Verbũ caro factũ eſt. In Ioh.1.b.
medio duum animalium cognoſceris. Qui
quouſq; deſcendiſti/expaueſcerę me feciſti:
quia verbũ per qḋ facta ſunt oĩa / in pręſ/ Luc.2.a.
ſepe iacuiſti. Agnouit poſſeſſorẽ bos ſuuꝫ: Eſaie.1.a.
et aſinꝰ pręſepe dñi ſui. In medio duũ ani/
maliũ cognoſceris. Quid ẽ/in medio duuꝫ
aĩaliũ cognoſceris: niſi aut in medio duuꝫ
teſtamentorũ/aut in medio duorꝫ latronũ: Luc.23.f.
aut in medio moyſi et helię cũ eo in monte Math.17.a.
ſermocinantiũ? Ambulauit inq̃t verbũ: et

Joh.1.b. exiuit in campis. Uerbū caro factum eſt et
habitauit in nobis. Hoc et hieremias ait:
Poſt hec in terris viſus eſt/et cū hominib⁹
cōuerſatus eſt. Ecce quomō cōueniunt ſibi
teſtes veritatis:ecce quō conuincunt filios
falſitatis. Sufficiūt vobis iſta o iudei. An
adhuc ad veſtrā cōfuſionē ex lege et ex gen
te veſtra alios introducem⁹ teſtes: vt illi te/
ſtimoniū perhibeant/cui perdita mente in/
Joh.8.b. ſultantes dicebatis: Tu de teipſo teſtimo/
nium ꝑhibes:teſtimoniū tuū nō eſt veruȝ?
Et ſi velim ex lege et ex ꝓphetis oīa que
de chriſto dicta ſunt/colligere: facilius me
tempus ꝙ̄ copia deſerit.

De teſtimonijs pro aduentu chriſti ex noue legis primoribus iudeis: Ca.XIIII.

V Erumtamen ſenem illum ex gente
veſtra natū/ſed in errore veſtro non
relictum/ſimeon ſanctum in me/
dio introducam:qui meruit decrepitus te/
neri in hac luce/quoadvſqȝ videret veram
lucem. Quem quidem iam etas compelle/
bat ire/ſed expectabat ſuſcipere quem ſcie/
Luc.2.d. bat venire. Cum iſte ſenex admonitus eſſet
a ſanctoſpiritu/ ꝙ nō ante moreretur ꝙ̄ vi/
deret chriſtum dei natum:quem cognoſcēs
venit ad templum. Ubi vero eum portari
manibus matris vidit:⁊ diuinam infantiā
pia ſenectus agnouit:tulit infantem in ma
nibus ſuis. Jlle quidem chriſtum ferebat/
ſed ſenem chriſtus regebat. Regebat qui
portabat: ne ille ante promiſſum a corpo/
re ſolueretur. Quid tamen dixerit/quē ta/
men confeſſus fuerit:aduertite inimici:non
chriſti/ſed veſtri. Benedicens deum excla/
Luc.2.d. mauit ſenex et dixit: Nunc dimittis domi/
ne ſeruum tuum ſm verbum tuum in pace:
Quia viderūt oculi mei ſalutare tuum. Jlli
etiam parentes iohannis/zacharias et he/
liſabet:iuuenes ſteriles/in ſenecta fecundi:
dicant etiam ipſi teſtimoniū chriſto. Dicāt
de chriſto quid ſentiant:et teſtem idoneum
chriſto nutriant. Aiunt enim ſuo paruulo
Luc.1.g. nato: Tu puer propheta altiſſimi vocabe/
ris: Preibis enim ante faciem domini pa/
rare vias eius. Jpſiqȝ matri et virgini heli/
ſabet ait: Unde mihi/ vt veniat mater do/
mini mei ad me? Ecce enim vt facta eſt vox
ſalutationis tue in auribus meis: exulta/
uit in gaudio infans in vtero meo. Jntelli/
gens enim iohannes matrē domini ſui ve/
niſſe ad ſuam matrē: inter ipſas anguſtias
vteri adhuc poſitus:motu ſalutauit/ quem
voce non poterat. Qui poſtea ipſe iohan/
nes precurſor et amicus/humilis ⁊ fideliſſi/
mus ſeruus/teſtis idoneus fact⁹:tanto ma
ior in natis mulierū/quanto exiſtimabatur
eſſe quod non erat. Chriſtum enim eum eſſe
iudei credebant:ſed ille nō ſe eſſe clamabat
dicens: Quem me ſuſpicamini eſſe/ nō ſum Luc.3.c.
ego: Sed ecce venit poſt me:cuius pedib⁹
non ſum ego dignus ſoluere corrigiam cal/
ciamenti eius. O fidelis teſtis et amice veri
ſponſi:quanto te humiliauiſſes ſi ad corri/
giam calciamenti eius ſoluendam dignum
te eſſe dixiſſes. Sed dum hoc non te dignū
dicis: iudeis falſis teſtibus contradicis. Et
hec a te dicta ſunt anteꝙ̄ chriſtum videres:
qui cum ad te ipſe venit excelſus et humi/
lis implende diſpenſationis ſue gratia/vt
a te baptiçaretur:qui nullum habebat om/
nino peccatū:quid reſponderis/quē cogno
ueris/quale teſtimoniū protuleris:audiāt
inimici q audire nolunt: Ecce(inquit) agn⁹ Joh.1.d.
dei: ecce qui tollit peccata mundi. Et adie/
cit: Tu ad me venis baptiçari? Ego a te de/
beo baptiçari. Agnouit ſeruus dominum:
agnouit peccati originalis vinculis obliga
tus ab omni nexu peccati liberum. Agno/
uit preco iudicem:agnouit creatura creato/
rem:agnouit paranymphus ſponſum. Nā
et hec vox iohānis eſt: Qui habet ſpōſam/ Joh.3.d.
ſponſus eſt: Amicus autem ſponſi ſtat et
audit eum:et gaudio gaudet propter vocē
ſponſi.

De ꝓlatis chriſto ex gentib⁹ teſtimonijs/rege videlicet nabuchodonoſor/et poeta virgilio: Ca.XV.

S Ufficiūt vobis iſta o iu/
dei:ſufficiunt vobis tanti teſtes et
teſtimonia ex lege veſtra et ex gente veſtra.
An adhuc impudentia nimis audebitis di
cere: ꝙ alterius gentis vel nationis homi/
nes chriſto deberent teſtimonium perhi/
bere? Sed ſi hoc dicitis:reſpondet quidem
ille vobis: Non ſū miſſus/niſi ad oues que Matth.15.c.
perierunt domus iſrael. Sed ſicut vos in
actibus apoſtolorū increpat paulus: Uo/ Act.13.g.
bis primū oportuerat annunciari verbum
dei:ſed qꝛ repuliſtis illud: nec vos dignos
vite eterne iudicaſtis:ecce inquit conuerti/
mus nos ad gentes. Demōſtremus etiam
nos ex gentibus teſtimonium chriſto fuiſſe
prolatum:quoniam veritas non tacuit cla
mando etiam per linguas inimicorū ſuoꝝ.
Nonne quando poeta ille facundiſſim⁹ in/
ter ſua carmina: Jam noua progenies celo Buco.eglo.4
demittitur alto/dicebat:chriſto teſtimoniū
ꝑhibebat? Jn dubiū hoc veniet:niſi alios

ex gentibus idoneos teſtes pluraq; dicen/
tes in medium introducã. Illum regẽ qui
veſtram ſuperbiam captiuãdo perdomuit:
Nabuchodonoſoꝛ regez ſcilicet babylonis
non pꝛętermittam. Dic nabuchodonoſoꝛ
quid in foꝛnace quo tres viros iuſtos intu/
ſte immiſeris: dic/ dic q̄d tibi fuerit reuela/
Daniel.3.g. tum? Nõne inq̄t tres viros miſimus in foꝛ/
nacem ligatos? Et aiunt ei: Uere rex. Ecce
inquit ego video quattuoꝛ viros ſolutos
deambulantes in medio ignis: ⁊ coꝛruptio
nulla eſt in eis: ⁊ aſpectus quarti ſimilis eſt
filio dei. O alienigena: vñ tibi hoc? Quis
tibi annunciauit filium dei? Quę lex: quis
pꝛopheta annunciauit tibi filiũ dei? Non/
dum quidem mundo naſcitur: ⁊ ſimilitudo
naſcentis a te cognoſcitur. Unde tibi hoc?
Quis tibi iſtud annũciauit: niſi quia ſic te
diuinus ignis intus illuminauit: vt cũ illic
apud te captiui tenerentur inimici iudęi: ſic
diceres teſtimoniũ filio dei?

De ſibyllinis in chꝛiſtum vaticinijs: Capitulũ XVI.

A Ed quia in oꝛe duoꝛũ vel triũ teſtiũ
Deut.17.b. ſtat om̄e verbum: Sicut ipſe domi/
nus confutans veſtram contuma/
Ioh.8.c. ciam: In lege inquit veſtra ſcriptum eſt: ꝙ
duoꝛum hominum teſtimoniuz verum ſit:
etiam ex gentibus tertius teſtis introdu/
catur: vt teſtimoniũ veritatis omni ex par/
te roboꝛetur. Quid ſibylla vaticinãdo etiã
de chꝛiſto clamauerit/ in medium pꝛofera/
mus: vt ex vno lapide vtroꝛumq; frontes
percutiantur: iudęoꝛum ſcilicet atq; paga/
1.Reg.17.f. noꝛum: atq; ſuo gladio (ſicut golias) chꝛi/
ſti omnes percutiant inimici. Audite quid
dixerit.

Vaticiniũ ſibylle
Iudicij ſignum: tellus ſudoꝛe madeſcet.
E cęlo rex adueniet per ſęcla futurus.
Scilicet in carne p̄ſens: vt iudicet oꝛbem.
Unde deũ cernent/ incredulus atq; fidelis
Celſum cũ ſanctis: ęui iam termino in ipſo.
Sic animę cũ carne aderũt q̄s iudicat ipſe.
Cũ iacet incultus denſis in vepꝛib⁹ oꝛbis.
Reijcient ſimulacra viri: cunctã q; gaʒam.
Exuret terras ignis pontũq; polumq;
Inquirens: tetri poꝛtas effringet auerni.
Sanctoꝝ ſedem cunctę lux libera carni
Tradet: ſontes ęternaq; flãma cremabit.
Occultos actus detegẽs: tũc quiſq; loquet
Secreta: atq; deus reſerabit pectoꝛa luci.
Tũc erit ⁊ luctus: ſtridebũt dentibus oẽs.
Eripit ſolis iubar: ⁊ choꝛus interit aſtris.
Uoluetur cęlũ: lunaris ſplendoꝛ obibit.
Deijciet colles: valles extollet ab imo.
Non erit in reb⁹ hominũ ſublime vel altũ.
Iam ęquant cãpis montes ⁊ cerula ponti.
Omnia ceſſabunt: tellus cõfractã peribit.
Sic pariter fontes toꝛrent: fluminaq; igni.
Et tuba tũc ſonitũ triſtẽ demittet ab alto
Oꝛbe: gemẽs facin⁹ miſeꝝ varioſq; laboꝛes:
Tartareũq; chaos mõſtrabit t̄ra dehiſcẽs.
Et coꝛã hic dño reges ſiſtentur ad vnũ.
Recidet e cęlo/ ignisq; ⁊ ſulphuris amnis.

Hęc de chꝛiſti natiuitate/ paſſione ⁊ reſur
rectione/ atq; ſecundo eius aduentu ita di/
cta ſunt: vt ſi quis in gręco capita hoꝛum
verſuũ diſcernere voluerit: inueniet ιησους
χριστους υιος θεου σωτηρ: Id eſt: ie/
ſus chꝛiſtus filius dei ſaluatoꝛ. Quod et
in latinum tranſlatis eiſdem verſibus ap/
paret: pꝛęter ꝙ gręcarum litterarum pꝛo/
pꝛietas non adeo potuit obſeruari.

Alios verſus ſibyllinos chꝛiſti paſſio/
nem apertius demonſtrantes intentiſſime
audiamus.

In man⁹ iniquas ⁊ infideliũ poſtea veniet.
Dabunt deo alapas manibus inceſtis.
Et oꝛib⁹ imũdis expuẽt ſaliuas venenoſas.
Dabit autẽ in v̄bera ſimplr innocens doꝛſũ.
Et colaphos accipiẽs tacebit: ne q̄s agſcat
Qđ verbũ/ ⁊ vnde venit: vt moꝛtuis loq̄t.
Et coꝛonam poꝛtabit ſpineam:
In cibũ autẽ fel: ⁊ in ſitim acetũ dederunt/
Inhoſpitalitatis hãc monſtrabãt mẽſam.
Ipſa eñ ſtulta/ deũ tuũ nõ cognouiſti
Ludentẽ moꝛtalib⁹ mentib⁹: ſed et ſpinis
Coꝛonaſti coꝛona: hoꝛridũq; fel miſcuiſti.
Templi vero velum ſcindetur: et die
Medio nox tenebꝛoſa nimis tribus hoꝛis.
Et moꝛtis fatũ finiet triũ dieꝝ ſõno ſuſcepto
Et tũc a moꝛtuis regreſſus in lucem venit.
Pꝛimus reſurrectionis initium reuocatus
oſtendit.

Credo iam vos o inimici iudęi tantis B
teſtibus ita obꝛutos confutatoſq; eſſe ipſa
veritate: vt nihil vltra repugnare/ nihil quę/
rere debeatis. Qui et ſi ipſa veritate cũ ni/
mia inſipientia vel potius amentia: cũ om/
nia noſſetis quę de chꝛiſto eſſent dicta atq;
conſcripta: inuerecunda etiam fronte dice/
batis: Tu de teipſo teſtimonium dicis: te/ Ioh.8.b.
ſtimonium tuum non eſt verum. Uerum/
tamen vt diuinę maieſtatis veritas luce/
ſcat: ſupꝛa tot teſtium pꝛęclaras voces
vniuerſa creatura teſtimoniũ dixiſſe
vniuerſa p̄clamat. Nonne cęlũ teſtimoniũ
dixit: quando nouum ſidus in noua homi
nis pꝛogenie velut lingua ⁊ digito quo po
tuit natum deum hominem gentibus de/

monſtrauit? Nōne mare teſtimoniū dixit:
quando oblitus quodammodo natura ſui
liquidus humor ſoliditate ſuſcepta/ ſui do/
Matth.14.c. mini portauit impreſſa: vt impleretur illud
Pſ.76. qđ dictum eſt: In mari enī via tua/ ⁊ ſemite
tue in aqs multis: qñ eleuatū ſeruū chriſti
Matth.14.d. ſupra ſe capientē: vt demōſtraret q̄ntum in/
tereſſet inter creaturā ⁊ creatorem: lymphis
vnda petrū abſorbuiſſet: niſi dñs rerū mer/
genti petro manū porrexiſſet? Nōnne terra
Ioh.9.a. teſtimoniū dixit: qñ eius cōſperſa ſaliua ex
ea ceci nati oculos inungēs/ lumē nō viden/
ti reſtituit: ⁊ fabrica qđ min⁹ habuit e limo
Gen.1.d. terre artifex reparauit: q̄ totū hominē de ter/
ra ante formauit? Nōne iferna chriſto teſti/
Ioh.11. moniū phibuerūt: qñ vita ſua pdita lazarū
quē diſſoluēdū acceperāt/ integrū p quatri/
duum reſeruauerūt: vt incolumē redderent
cū vocē dñi ſui iubentis audirent? Quid in
ipſa ei⁹ paſſiōe actū eſt? Nōne ⁊ veſtrā im/
pudentiā ferocēq; amentiā ipſā quodāmo/
do publicā lucē teſtem citabo? Sicut puta/
batis/ hō tm̄ a vobis interficiebat̄ chriſt⁹.
Qđ et ſi tm̄ eſſet/ vobis pcere debuiſtis: vt
man⁹ veſtras alienas redderet̄ a ſanguine
innocētis. Que cecitas infuſa eſt in cordib⁹
veſtris: vt nec illa tanta terreret medio die
ſolis obſcuritas: ⁊ inter eius radios claros
amputata lux: nox recōdita in diē: imo nox
vſurpauit in diē: nec curſum ordinis ſerua/
uit: ⁊ obtenebrat̄ celū: luget terra: velū tem
pli conſcindit̄: petre reſcindunt̄: inferna re/
ſerant̄: oīs pene creatura expaueſcit mor/
tem chriſti: Nec tñ in his tantis aperti ſunt
oculi veſtri? O iudei: demones q̄ veſtra cor
Marci.1.c. da poſſederūt dixerūt: Scimus q̄ ſis: qđ ve/
niſti añ tēpus perdere nos? Et vos dixiſtis:
Ioh.8.b. Tu de teipſo teſtimoniū dicis: teſtimoniū
tuū nō eſt verum.

De teſtimonio chriſti ex iudeorum obcecatione et diſperſione in gentibus: Ca.XVIII.

A ſ. Ed nō intelligentes actiones vr̄as:
egiſtis cauſas veſtras. Deniq; no/
ſtre ſaluti militabat veſtra malicia.
Ille enī q̄ ad hoc venerat vt p nobis more/
Luc.23.c. retur: inſanas voces: Crucifige crucifige cla
mātiū vt hō nō expauit: q: vt de⁹ ante eas
pūidit. Quantū laboraſtis/ vt diſcipulum
Matth.26.b. iudā pecunia corrumperetis: ⁊ a malo ven/
ditore alij emptores chriſtū nō poſſidendū
cōpararetis: nūdinas malas agētes anime
veſtre qñ fundebatis preciū ſalutis noſtre.
Q̄ntū laboraſtis/ vt iudicē a veſtro ſcelere
Matth.27.c. man⁹ lauantē/ calūnijs ceſaris noīe oppoſito
opprimeret̄ vt id impleret qđ fieri voleba/
tis. Quātū laboraſtis/ vt chriſt⁹ occideret̄ ⁊
latro dimitteret̄: quantū laboraſtis vt chri/
ſtus cōtumeliā pateret̄: ſpinis coronaret̄: in
ligno ſuſpenderet̄: lancea pforaret̄: quantū
clamaſtis: quantū ſudaſtis: quantū labo/
raſtis: ſed omnis iſte labor veſter fructus ē
noſter. Deniq; a vobis chriſt⁹ occidit̄/ nobiſ
reſurgit: A vobis in ligno ſuſpendit̄: clauis
confixus in cruce detinet̄: ⁊ a ducib⁹ noſtris
diſcipulis ſuis in medio eoꝝ clauſis ianuis
inuenit̄. Pecunia milites corrūpendo chri/
ſti reſurrectionē opprimere voluiſtiſ: Et ecce
ei⁹ reſurrectio toto mundo iā celebrat̄: et qđ
dediſtis/ iā pdidiſtis. Implere nō potuiſtis
qđ voluiſtis: audite iā qđ audire nō vult̄.
Die tertio a mortuis reſurgēs: aſſumpt⁹ in
celū: ſedet ad dexterā patr̄: diſperſit vos p
nos p vniuerſas terras/ vt vbiq; pphetias
de eius natiuitate/ paſſione/ q̄cunq; dicta
ſunt vos pferatis/ atq; lucernā legis tamq̄
lignea candelabra ſenſu carentia gentibus
miniſtretis. Qđ pptere factū eſſe cogno/
ſcite: ne gentes hec oīa q̄ agunt̄ diu pdicat̄
a nobis/ dicerēt fuiſſe cōficta. Hanc etiā ipſā
veſtrā diſperſionē fuiſſe pdictā/ dauid pro/
pheta declarat dicēs: Ne occideris eos: ne Pſ.58.
qñ obliuiſcant̄ legē tuā/ ſed diſperge eos in
virtute tua. Diſpſio hec ergo veſtra teſtimo/
niū phibet chriſto cui dixiſt̄: Tu de te teſti/ Ioh.8.b.
moniū dicis: teſtimoniū tuū nō eſt verū ⁊c.
Ubi ex veſtro teſtimonio inimicoꝝ alij ini B
mici cōfundant̄: q̄ chriſtū magicis artibus
feciſſe dicūt q̄cunq; fecit miracula: Nam et
hoc q mortu⁹ colit̄/ magice potentie depu/
tanda eſſe cōtendunt. Proferte codices p/
pheticos: O iudei chriſti inimici: vt ex ipſis
alij pagani cōuincantur inimici: pphetas
anteq̄ longe naſceret̄ ante ſe pmiſit: q̄ oīa
q̄ ſupius diximus/ pdixerūt. Hinc iā iudicate
q̄ recta ſapitis. Nūqđ ſi magicis artib⁹ fecit
vt coleret̄ vt mortu⁹: magoſ miſerat anteq̄
nat⁹? Confundimini: corrigimini q̄ talia de
chriſto vl̄ ſentitis vl̄ creditis vl̄ dicitis. Con
fundimini ⁊ vos iudei/ qui lucernā legis in
manibus habentes: alijs lumen pbetis: et
vos in ſanctis intendere nō curaſtis/ ſed ex/
pectatis quidē et vos vt veniat qui ventu
rus eſt. Et veniet/ ſed nō ſicut vult̄ veniet:
veniet excelſus ille q̄ a vobis interfect⁹ eſt
nulli⁹ criminis reus: manifeſtus veniet de⁹:
et videbitis iudicantē quē cōtempſiſtis mi
racula facientem. Qualis erit tūc et veſtra
conſcientia: cū vobis ille nullam iam exhi/
bet patientiam: quia vos inuenit in anima

moꝛtuos: qui venturus eſt iudicare viuos
et moꝛtuos.

De catholicoꝝ fide/ et hereticorum in ſpiritūſanctū blaſphemia: Ca.XIX.

Credimus in ſpiritūſanctum: quē nos credimus deū/ equalem patri ꝛ filio/ manentē in patre ꝛ
filio: regnantē cū patre et filio: trinitas vna
ꝛ tertia in vnitate perſona ſpūſſanctus: qui
operaꝶ omnia in omnibus. Hunc ꝛ arriani
blaſphemāt/ patri filioqꝫ eſſe minoꝛē. Hūc
coꝝ erroꝛē ille euangeliſta reuocat dicens:
Math.12.c Si quis dixerit verbū in filiū/ remitteꝶ illi:
ſi quis dixerit verbū in ſpiritūſanctū/ nō re/
mittetur illi: nec in iſto/ nec in futuro ſeculo.
Quid eſt arriane/ quo ꝓgreſſa fuerit imma/
nitas tua? Dicis verbū in filiū hominis: qꝛ
ſm diuinitatem filiū dei aſſeris eſſe mino/
rem: Dicis verbū in ſpiritūſanctū: in ipſa
illa indiuidua vnitate etiā filio eē minoꝛē:
Dicēdo tale verbū de verbo: tale verbū de
ſpiritūſancto: nō remittuntur nec hic nec in
futuro ſeculo peccata tua: ꝛ tu rebaptizan/
do polliceris dimittere aliena? Donū ſpiri/
tusſancti agnoſcimus eſſe remiſſionem om/
niū peccatoꝛū: ſuffragante nobis ipſa veri/
tate/ que poſt reſurrectionē ſuā ait diſcipu/
Joh.20.c. lis ſuis: Accipite ſpiritūſanctū: ſi cui remiſe
ritis peccata/ remittunꝶ illi. Uos autem ſa
crilego auſu/ quib⁹ iam chꝛiſti dono ꝛ ſpiri/
tusſancti per baptiſmū ꝛ oꝛiginalia ꝛ ꝓpꝛia
cuncta dimiſit omnino peccata: in iam ba/
ptizatis exuffiaſtis chꝛiſtū: reſpuiſtis ſpiri/
tumſanctū: et renatū nō abluere/ ſed ſoꝛdi/
dare: nō liberare/ ſ; obligare: nō viuificare/
ſed moꝛtificare cōtendiſtiſ. Nec mirū ſi has
ruinas quotidie fabꝛicatis: qui petrā inte/
grā chꝛiſtū in fundamēto habere noluiſtis:
qui a veſtro erroꝛe ſeparat veritatis filios:
quos ſic fouet vt nutriat: nō ſic vt tu blan/
diendo decipiat vt occidat.

De vera fide ꝛ moꝛtuoꝛum reſurrectione: Ca.XX.

Apud catholicā fidē dilectiſſimi noueritis tm̄ eſſe verā fidē: germanam
pacē: ꝑpetuā ſalutē. Non eñ in an/
gulo eſt/ ſed vbiqꝫ tota eſt. Si qs ab ea diſ/
ceſſerit/ atqꝫ in hereticoꝝ erroꝛē ſe tradide/
rit: vt fugitiuus ſeruus iudicabiꝶ: nō vt fili⁹
adoptiuus: nec ad vitā eternā reſurget/ ſed
potius ad dānationē: qm̄ bonis maliſqꝫ ꝓ/
1.Corī.15.g. mittitur reſurrectio. Oēs qdē reſurgem⁹ ait
apl's/ ſ; nō oēs imutabimur. Et qd ꝓdeſſet
fratreſ mei reſurgere/ ꝛ nō imutari? Qui eñ
in illa vita nō fuerit imutat⁹/ a iuſto iudice
inueniꝶ eſſe dānat⁹. Dānat⁹ autē eternā nō
conſequiꝶ vitā: q de aduerſario diabolo vi/
ctricē non valuit accipere palmā. Quid eñ
ꝓdeſt dilectiſſimi/ ꝙ vel illis vinculis idolo/
loꝝ cultu inherere: q̄ diabolus ꝛ iuſte here/
ticoꝛum caput nō decēterqꝫ poſſidet? Qui
vult ad eternā vitā ꝑuenire: ꝯ oēs diaboli
laqueos debet foꝛtiter inuigilare. Nam eñ
q̄lis cuiuſqꝫ hic ē vita: ita inueniꝶ in illa.

De differentia tempoꝛalis vite ab eterna: Ca.XXI.

Quantū autē diſtat inter hāc et illā/ debet noſſe charitas veſtra. Hic fal/
ſitas: ibi veritas. Hic ꝑturbatio: illic
fida poſſeſſio. Hic peſſima amaritudo: illic
ſempiterna dilectio. Hic ꝑiculoſa elatio: illic
eſt ſecura exultatio. Hic timeꝶ ne q erat ami
cus/ efficiaꝶ ſubito inimic⁹: illic ſemꝑ manet
amic⁹/ qꝛ nullus illuc admittiꝶ inimic⁹. Hic
qcqd eſt bonū/ timeꝶ ne ꝑeat: illic qcqd acce
peris/ ab illo ſeruaberiſ q fecit vt ne tu trāſ/
eas: ꝛ qd acceperis nō amittas. Hic moꝛs:
ibi vita. Hic oia q̄ creauit de⁹: illic ipſe pꝛo
oibus ꝛ in oibus de⁹: ꝛ q̄ digna dicunꝶ: ſi tm̄ 1.Corī.15.d.
aliq dicunꝶ. Nō eñ ſufficit humana lingua
laudare qd ſenſus moꝛtaliū nō valet cōpꝛe
hēdere. Ueniem⁹ illuc frēs: vnde ꝛ ibi vide/ 1.Corī.2.c.
bimus ꝙ oculus hic nō vidit: Ibi audiem⁹
ꝙ auris hic nō audiuit: Ibi intelligem⁹ qd
coꝛ humanū cōꝑhendere hic nō valebit: vi/
dentes ſinictēſqꝫ exultabimus inenarrabili
gaudio. Et q̄le gaudiū eſt vbi nullus timoꝛ 1.Petri.1.bi
erit? Quale gaudiū erit cum te videris eſſe
ſocium angeloꝝ: participē regni celoꝝ: re/
gnare cū rege: nihil cōcupiſcēdo oia poſſide
re: ſine auaricia diuitem: ſine pecunia admi
niſtrantē: ſine ſucceſſoꝛe iudicātē: ſine metu
barbaroꝝ regnantē: ſine moꝛte eterna vita
viuentem?

De via ad patriā: Ca.XXII.

Sed vt ad iſtā veniam⁹/ viā tutiſſimā q̄ illuc ducit nō amittam⁹. Que eſt
via? Chꝛiſt⁹ ex toto: ex capite: ex coꝛ/
poꝛe. Ex capite eq̄lis fili⁹ i manēte manēs:
Ex coꝛꝑe minoꝛ/ viā iſtā vt gigas velociter Ps.18.
trāſiens. Caput ꝛ coꝛp⁹/ chꝛiſt⁹ ꝛ eccl'ia. Nec
ab illo ſeparem⁹ aliqd: aliud de illo/ ſicut he
retici credēdo: nec ab iſta ꝑuis nr̄is moꝛib⁹
declinādo. Hec eſt mater vera: pia mꝶ et ca/
ſta: intrinſec⁹ ſui viri ꝛ dignitate oꝛnata/ nō
foꝛinſec⁹ mēdacio fallēte turpiter coloꝛata.
Non nos ab iſta matre ꝛ nomen conſictum
ſeducat alienum: vbi nos eccleſie ꝛ ſpecies
aliena decipiat: Sponſa nō eſt/ q̄ virū ſuū
nō cognoſcit: turpis eſt q̄ tanti viri ſpeciem
ſuis ſermonib⁹ fuſcare cōtendit. Fruſtra tūc
eccleſie nomen impoſuit iudeo ſpelun/

ea ſub doloſa deciplēs: quia decepta iudęo
qdē q̄ captes formā tuā ſub ſpecie aliena:
qd te cōponis: qd tantū te exornas: qd ſub
fimbrias tuas expandis: quę te cōtra verā
ſponſā ęgre cōtendis? Nō te reſpicit ſpon/
ſus: qꝛ nō es ſpōſa: ſed pulchrā te dicis eſſe
Extorſiſti mihi dilectiſſime fili optate/ vt d̉ vnitate trinitatis q̄ ꝑfectus deus ſemꝑ ac ſummus ē/ officij non immemor ſacerdotalis/ aliq̄d ſcriberē: Idqꝫ a me cuꝫ ꝓprię infirmitatis conſcius ſępius excuſarē/ multis modis exegiſti: aſſerēs cōmunis fidei rationē/ ⁊ religioſos accipe/ ⁊ ſacerdotes debere fidelib⁹ nō negare: ne aut illi dū nō accipiūt/ incipiāt ab infidelib⁹ facile decipi: aut ab his cū deſiderata nō tribuūt/ cęleſtis theſaurus chriſti mēbris nō expēdi/ ſꝫ in terra quodāmodo ſterilis peritię videaẗ abſcondi. Itaqꝫ victū me fateor ꝓbabilib⁹ cauſis/ ne ſermões tradere videar obſiſtētib⁹ malis: dū aduerſus infideles nō inſtruunẗ munimine ꝯitatiſ. Uerūtn̄ q꞉ in hmōi q̄ſtionibus quędā obſcuritas ꝯtinua orōne frequēter incurriẗ: idcirco mihi viſū eſt/ vt eū ſermonē q̄ inter me ⁊ felicianū nuꝑ ē habitus/ ꝯnotatiſ ꝓpter ꝑſonarꝫ diſcretionē ꝑncipalibus noīm litteris/ ꝑſentis libelli breuitate complecterer.

An magis rōnib⁹ ꝙ ſcḋture teſtimonijs in fidei diſciplina agendū ſit: Ca.ii.

Nam cū aſi hos dies pariẗ ſederem⁹: tū ille inter alia inq̄t: Felician⁹. Quę me in veſtris diſputationib⁹ freq̄nter offendunt: nihil deterius puto/ ꝙ ꝙ ſic pręcepta fidei rudibus traditis: vt nō de intelligendarū rerū ratione/ ſed potius de quadā teſtimonioꝝ oſtentatione colloquentibus pręſcribatis. Quod vt non dicam vafrum interim/ ꝙ ruſticum ſit nullus ignorat. Primuꝫ ꝙ ſi is qui edoceẗ litteris iam credidit: obtēperat iſte/ nō repugnat: Alioquin nō magis tibi ꝙ ijſdem teſtimonijs q̄ ꝓ affirmato ingerunẗ/ neceſſe ē contradicat. Et ideo melior mihi ad docendū videtur hęc via/ qua primū fidei ratio ſine teſtimonijs reddiẗ: Poſt rationē conuicto idem illud ſcripturis reſpondentib⁹ expolitur. Et nō immerito. Si eñ teſtimonia hęc eo ꝓbanẗ/ ꝙ ratione nō careāt: poſſunt ꝑ ſe illa ſufficere/ quę etiaꝫ hęc non niſi ꝑ ſeipſa videnẗ aſtruere. Sin ꝯtra: quis pōt irrationabilibus teſtimonijs/ licet illa diuina fingant/ rationabilis fidei colla ſubmittere? Et illā q̄dē diſputādi viā fateor ī alijs tolerari/ q̄s impertię neceſſitas/ q꞉ ꝑ ſe ſtare nō queuut/ cogit ad aliena cōfugere. In te ỽo idcirco nullo modo iſta perpetior/ quia eloquentiā pariter cū ſcientia fidei tibi video nō deeſſe. Aug⁹. Tum ego: Nō vſqꝫ adeo inquā me duci putes laudib⁹ meis/ vt iniuriā faciā ꝑcedētib⁹ ſctis. Nec pręſumā vnqꝫ in ſapiētia verbi/ ne euacueẗ crux chriſti: ſꝫ ſcripturarū ſactarꝫ auctoritate ꝯtent⁹/ ſimplicitati potius obedire ſtudeo ꝙ tumori. Sed meli⁹ inquis ratione quis ꝙ teſtimo- 1.Cor.1.c.

nijs edocetur. Quid ergo? Quam ratione͂
afferre potes/ſi partū pręd͡icas virginis/ ſi
redditos oculos non negas cęcis/ ſi ſepul-
tos rediſſe oſtendas a mortuis? Si ergo horū
et incōprehenſibilis ratio et veritas ꝓm-
pta eſt/ facilius i negocijs fidei teſtimonijs
creditur quam ratio inueſtigatur. Uerū quia nō
Al. tnimis tmin⁹ inconſequēter duo iſta diſcernis cū
ratiōe ꝓmiſſa etiā teſtimonia nō omittis:
Idcirco i hac diſputatione id me fateor ſe-
cuturū quod ipſe probaueris.

De patris et filij conſubſtantialitate ⁊ pſonalitatis differentia: Ca. II.

Ergo inqt/ Felician⁹.
e quoniā ocioſi ſumus/ ad homouſi
on veſtri queſtione͂: de quo nō in-
ter nos tm̄/ ſed etiā inter maiores noſtros
plerūq; tractatū eſt/ veniam⁹. Et ne longi⁹
euagetur oratio: ipſe iam vt ſoles perſonā
ꝓponentis aſſume: et nobis rationem ve-
ſtrę fidei querētibus/ viciſſim redditur⁹ in-
quire. Aug⁹. Tum ego: Dic mihi inquā/
verū ne ſit quod a te id audio dicere: patri
homouſion/ nō eſſe penitus filiū. Felicia
nus. Uerū ē: nec pſuaderi mihi pōt id in-
genitū eſſe qđ genitū: ne eunde͂ patre͂ vide-
ar pręd͡icare quem filium. Aug⁹. Non ita
eſt: Nam ne mihi quide͂ iſtud in animo eſt/
eunde͂ ingenitū eſſe que͂ genitū: ſed id poti
us ingenitū eſſe quod genitum. Felicia-
nus. Et quomō non eunde͂ ingenitū di-
cis eſſe quem genitū/ ſi vtrūq; vnū putas
eſſe/ nō alterū? Aug⁹. Animaduerto vim
te penitus non attendiſſe verboꝝ: Nā dū
vtrūq; vnū dico/ ſubſtantiā veri patris ac
veri filij ex toto nō ſeparo: Et dum nō eun
dem patre͂ que͂ filiū pręd͡ico: vtriuſq; perſo
nam ſeruata vniuſcuiuſq; ꝓprietate diſcer
no. Itaq; ſi ſubſtantiā quęrꝭ/ ipſa trinitas
vnus eſt deus: ſi perſonā/ alter ē filius: Fe
licianus. Et quō/ ⁊ ide͂ eſſe dicis/ ⁊ alterū
filium? Aug⁹. Ide͂ inquā cōmunione ſub-
ſtātię: alterū ꝓprietate pſonę. Felician⁹.
Neſcio quo pacto vna credit̄ eſſe ſubſtan-
tia/ cū nō vna dicat̄ eſſe pſona. Aug⁹. Nō
eſt inquā vna pſona: quia vna genuiſſe/ ⁊ al-
tera dicit̄ genita: ⁊ eſt tm̄ nati ⁊ gignētis nō
diuerſa ſubſtātia: quia non diſſilis generanti
docet̄ exorta. Felician⁹. Uelim quo exē-
plo mihi faciliore dicta dilucides. Aug⁹.
In reb⁹ quidē incōprehēſibilib⁹ exēpla non
ſuppetūt diſputāti: tm̄ incōgtū fieri pōt/ etiā
i hac pte nō decero. Ecce igit̄ homo pat̄ habet
hoiem filiū. Eſt quidē cōmune vtriuſq; quod hō
eſt: vni tm̄ quod filius/ alteri ꝓpriū videt̄ eſſe quod
pater eſt: Nā in vtroq; ſic pſona diſcernit̄/
vt cōmunis humanitas nō neget̄: dū vn⁹
gignit/ ali⁹ gignitur: ęque aūt homo ⁊ qui
genitus dicit̄/ ⁊ ille qui genuit.

De coeternitate patris ⁊ filij: Ca. IIII.

Illud certe dicas (Felicianus.
i velim: genit⁹ ab ingenito vtꝝ ini-
tio ſepetur/ an non? Aug⁹. Ne id
quidē ſpiritalis intelligētię veritate recipi
tur/ vt pater a filio interuētu/ nō dico tpis
qđ dieb⁹ cōſtat ac noctib⁹/ ſed cuiuſlibet ęui
vel ęternitatis ſpacio ſeparet̄? Felician⁹.
Hoc ſi ita ē/ duo fateris ingenita: Et quō al-
tera patris/ altera filij putat̄ eſſe pſona: cū
p ſignificatione͂ cōmunis igeniti vtraq; vi
deat̄ eſſe pſona? Aug⁹. In hoc quidē a ma-
iorib⁹ veſtris nō mediocris calūnię ſophiſ-
ma contexitur: tamē p auxiliū ipſius trini-
tatis catholica neceſſe eſt ſimplicitate ſol-
uatur. Patre͂ nāq; ingenitū/ filiū genitū di
co: nec tm̄ ideo genitū ingenito coęternum
nō eſſe ꝓdico: Eo tm̄ docens ingenitū pa-
trem/ quia non ꝓceſſit ex altero: eo genitū
filiū/ quia non extitit a ſeipſo. Non eſt cōmu-
ne vtriuſq;/ naſci: nō ē cōmune/ nō gigni: ⁊
tm̄ cōmune ē alteꝝ ab altero interuētu me-
dij tpis non diuelli. Itaq; ſi ꝓpriū patris quę-
ris: ſufficit quia ſolus non habet patrem: ſi fi-
lij/ ſatis ē quia nō habet ꝓlem: vnā aūt ⁊ coe-
ternā patris ⁊ filij dicim⁹ diuinitate͂. Feli
cian⁹. Quantū ad me attinet/ non video
quid iſta nūc colligas: Nam quamuis ariſtote
lica mecū ſubtilitate contēdas: fieri tame͂
non poteſt/ vt eū qui genitus eſt/ ab eo qui
genuit nulla ęui intercidente antiquitate
diſcernas. Aug⁹. Scio equide͂ vt ille ait/ B
quam in difficili loco verſetur oratio: tame͂ ve-
rendū nobis nihil eſt/ qui p adiutoriū ſan-
ctiſpūs teſtimoniū dicimus deo. Quid er-
go dicemus? Eſt ne aliquid i patre qđ nege-
tur ingenitū/ aut non? Si eſt: nō i toto/ ſed
in parte potius dicit̄ ingenitus: alioquin
non ex tēpore cępit eſſe filius: Nam ſi pa-
ternitas non cępit patris/ initium inueniri
non poteſt prolis. Si initiū dicitur prolis/
non ęterna paternitas docebit̄ patris. Et
quomodo ſtabit/ quia totū in patre doce-
tis ingenitū: qui ipſius paternitatis nome͂
habere putatis initiū: cum cępiſſe ex tēpo-

re dicis filiũ/ quo nondũ extante patrẽ dici non poteſt vocitatũ? Felicianus. Nõ ſum tam ſtultus vt tempus pręferaz filio: ſed initium dari certum eſt genito. Auguſtinus. Quid ergo? Inter patrem et filiũ dicis medium nihil fuiſſe? Felicianus. Ita proſus. Auguſtinus. Quomodo igitur negas filium patri coęternũ/ qui inter patrem ⁊ filium fateris nihil eſſe medium: ne idipſum non tñ mediũ conſtet eſſe ꝙ̃ tertium?

Q non fuerit ante filium tempus: dicti quoqꝫ quorũdam arrianorũ improbatio/ et dictorũ exemplificatio: Ca. v.

A Felicianus. Quoniam me diſputandi arte concludis: id quod a maioribus noſtris dictũ eſt/ breuiter explicabo. Aiunt enim/ quotiens de initio filij/ et patris ęternitate tractatur: Erat quando nõ erat: et anteqꝫ naſceretur non erat. Auguſtinus. Quantum aduerto/ manente male credulitatis errore/ ſola verba mutata ſunt. Dixiſti nanqꝫ: Erat quando nõ erat. Erat/ iſtud ad ęuum pertinere vultis/ an ad filium? Si ad ęuum: id eſt velut quoddam ante filij natiuitatem ęternitatis ſpacium: Ecce ad ſuperiorem blaſphemiã neceſſitate dilaberis: cum inter patrem et filium tertium quoddã tempus † immittis:

Al. temporis

diciſqꝫ/ quia erat ante filium deus pater/ et tẽpus: poſt hęc duo filius: poſt tria iſta quartus ſpirituſſanctus. Q ſi admittim⁹/ vt ſine tempore gigni non potuerit filius: vide ꝙ̃ late pateant iſta quę dicimus. Naz ſi non ſine tempore eſt filius: certe nec niſi in loco docendus eſt genitus. Hoc admiſſo/ ante filium et ſpm̃ſctm̃ coęuus quodãmodo patri dicetur et locus. Quod ſi ita eſt/ ꝙ ſine loco et tempore naſci non potuerit filius: in quo loco/ aut in quo tempore factum locum dicis et tempus? Si in nullo: ecce ſine tempore et loco fieri potuit tempus et locus. Si in aliquo: idipſũ tempus videtur et locus/ in cuius origine ſimiliter et locus requiritur et tempus. Q ſi vſqꝫ adeo ſine tẽpore et loco fieri aliquid potuit/ vt nec in loco locũ/ nec in tempore factũ doceas tempus: neſcio qua temeritate contendas/ ꝙ naſci non potuerit filius: qui quantum ad ſanam fidem/ et locũ doceatur feciſſe/ et tempus. Sed de hoc ſatis. Nũc quod a maioribus veſtris dictũ prędicas reperam⁹. Erat inqꝫs qñ nõ erat. Si erat/ iſtud ad tẽpus referas: ecce ante filiũ tẽpus. Si ad filiũ/ nunqꝫ nõ erat filius: erat eñ qñ nõ erat filius: a q̃ factũ dicit̃ tẽpus. Sed anteqꝫ naſceret̃ inqꝫs nõ fuit. Quis ĝ/ ſo non fuit anteqꝫ naſceretur filius? Ecce ipſo intellectu ante filium fuiſſe dicit̃ tempus. Si autem anteqꝫ naſceretur fili⁹/ non erat tempus: ſequitur vt dicatur patri filius coęternus: inter quem et patrem nullum fuiſſe dicitur tempus: maxime cuz inter cętera euangeliſtis atteſtãtibus/ etiam Ioh. i. a.
tempus feciſſe dicitur filius. Sed forte de patre dictum aliquis putet: Erat quando non erat filius. Cui ſententię ſecuta nõ cõcinunt/ quibus dicitur: Et anteqꝫ naſceretur non erat: Nam per ſe pater ſemper exiſtens/ etiam a vobis non poteſt dici natus/ qui non ab initio docetur exortus: et in patrem cadere non poteſt/ erat/ quando non erat genitus. Felicianus. Quoniã me verbis/ vt mea fert opinio/ inopinata ſubtilitate certãtibus non mediocriter defatigas: Idcirco quęſo vt ſi fieri poteſt/ exemplo cuiuſlibet rei/ poſſibile id eſſe quod docere conaris/ oſtendas. Neqꝫ eñ aliter credere poſſum/ licet vi orationis oppreſſus/ coęternum ingenito eſſe genitum: aut vtrũqꝫ patrẽ dixeris ſibi. Auguſtinus. B
Quoniã me ad incomparabiliũ rerũ exempla compellis: idcirco quę ſit ignis potentia videamus: ex quo ſemꝑ ſplẽdor ẽ/ ſemꝑ vapor eſt. Vtrũqꝫ de eo naſcit̃: nec ideo tamen ignis ſine hoꝝ quolibet aliquatenus inuenit̃. Hęc tria non ſeinuicẽ gignunt: qꝛ non de ſplendore ignis ⁊ vapor/ aut de vapore ignis ⁊ ſplẽdor: ſed de igne ſplendor ⁊ vapor ſemꝑ eſt genituſ. Quę cũ ita ſint/ vides ne etiã i creatura poſſe aliq̃d naſci: nec oſtendi tamen tempus/ quo id de quo natum ẽ ſine genito potuerit inueniri? Si ergo viſibilibus exemplis iſta reſpexim⁹: cur non de patre et filio et ſanctoſpiritu/ quãtum ad cõmunẽ dũtaxat atqꝫ indifferentẽ ęternitatẽ ſimilia ꝓdicemuſ? Neqꝫ eñ ideo neceſſe eſt patrem ⁊ filiũ ⁊ ſpm̃ſanctũ ęque dicam⁹ ingenitũ: qꝛ nullũ ab altero ęuo interueniente dicimus ſeparatũ: cũ etiam ex alijs rebus quędã genita: nec ideo tamen aut ęque gignẽtia/ aut ſine inuicem docentur extantia. Sed quid ꝓdeſt borũ multa

colligere: cũ paucorum teſtimonijs etiam
cętera liceat exiſtimari?

**Q ex patre fili⁹ ſit ſine nature di/
uiſione ſubſtãtialiť genit⁹: Ca. VI.**

A Voniã ſentẽtiã me. (Felician⁹.
q am pręcedentiũ patrũ auctoritate
fundatã / noua diſputãdi arte ↄtur
bas: idcirco velim mihi dicas de natura fi
lij dei / id ẽ de ſubſtãtia ipſa q̃d ſentias. Si
enĩ vt dicere vos ſoletis / homouſion ẽ pa/
tri / ipſe quodãmodo pater ẽ ſibi: alioquin
ↄſubſtãtialis nõ põt eſſe genitori. Nã qui/
dã noſtrũ homouſion opinionem ſic ridere
ſolebat dicẽs: Si nõ extrinſec⁹ / ſed ex eodẽ
ipſo ꝓlatus eſt filius: l duos quodãmodo
diuiſus ẽ vnus: quãdoquidẽ non aliud gi/
gnens dicit̃ eſſe ꝙ genit⁹. Aug⁹. Dũ nos
dicis ariſtotelica arte ↄtẽdere / ipſe ad dia/
lecticoꝝ laqueos videris ↄfugiſſe: Sꝫ nos
fidei veritate cõfiſos / nequaꝙ pñt iſta ter/
rere. Quid ergo dicis: ex ſubſtantia credo
patris naſci filiũ nequiuiſſe: ne ingenitũ pa/
trem filij videamur generatione diuidere?
Quod ſi ita eſt: male creditur filius q̃ non
ex patre / id eſt non ex eodẽ ipſo genit⁹ / ſed
extrinſecus factus inter alia prędicat̃. Qđ
vt ſit intellectu facili⁹ / idipſũ ꝓ poſſe expli/
cabo. Filioꝝ nãqꝫ adoptiui alij / atqꝫ alij na
turales ſunt. Hi q̃ geniti ab initio filij ſũ ac
ꝓprij: Illi ꝑmo alieni / poſt filij cũ ꝑ adopti
onẽ i familiã videnť aſciſci. Quibus ergo
cõꝑandus ẽ fili⁹ dei? Si adoptiu⁹ / erit apđ
patrẽ ſilis nobis: Si ꝓprius / ex ſubſtantia
ſubſtitiſſe dicẽdus ẽ genitoris. Sed in duo
inq̃s ſubſtãtia paterna diuiditur / ſi ex ſolo
patre ſubſtãtialiter filius generat̃. Hoc ꝙ
ſtultũ ſit / etiam viſibilia ipſa nos docent.
Quis enĩ vnqꝫ vel carnaliũ patrũ gignen/
do diuiſus eſt? Q ſi nec in ↄditione corpis
cadit ipſa diuiſio: nemo enĩ ſic genuit filiũ
vt ſe ꝑderet mediũ: ⁊ ſine integritate patris
nõ potuiſſe naſci dicis filiũ? Sꝫ q̃d plura?
Natiuitatẽ filij dei orũqꝫ rimãtib⁹ / hęc ni/
ſi fallor occurrũt: id ẽ aut ex patre ſit / aut ex
nihilo / aut ex altero / aut ex ſeipſo. Horũ q̃/
ſo conſequentiã videam⁹. Si ex ſeipſo / non
recte filius dicit̃: qui nõ natus / ſed ingenit⁹
prędicat̃. Si ex nihilo: creatura cũ cęteris /
nõ creaturę auctor oſtẽditur. Si ex altero /
non eius cui credimus / ſed neſcio cui⁹ inco/
gniti patris filius ꝑdicatur. Q ſi ꝑter hęc
quattuor / non poteſt inueniri quintũ: nec
de his ꝓpter euidentẽ blaſphemiã tria ꝑdi/
cari penitus poſſunt: reſtat vt ſubſtantia/
liter de patre ſit genitus: qꝛ vt diximus / nec
inueniri quint⁹ / nec ꝑter primũ de his do/
ceri poteſt aliquis modus: vtpote cum nec
creatura / nec alterius patris fili⁹ / nec vt pa
ter dicat̃ ingenitus. Felicianus. Quaſi B
do ego aut ꝑter hęc quintũ / aut de his tri/
bus aliquid† prędicarim: qui ſic nõ ex ſub/ Al. ꝑpredicari
ſtantia patris extitiſſe filiũ dico / vt tamen
ex eius voluntate non negẽ genitum. Au
guſtinus. In vnũ de ſupradictis conſe/
quentia ipſa detruderis. Cũ enĩ de filij ſub/
ſtantia requirim⁹ / quẽ tu ex patre ſubſtan/
tialiter genitũ nõ fateris: ſine dubio inter
alia ex nihilo factũ eſſe ↄtẽdis: quãdoqui/
dẽ nec corruptibiles creaturas dicim⁹ ſub/
ſtitiſſe: niſi vt has deũ / ⁊ voluiſſe ꝑ ineffabi
lem diſpenſationẽ / et potuiſſe per ſingula/
rem potentiã dicamus efficere: dũ ⁊ volun
tatẽ fuiſſe nouimus / q̃ placuit deo: ⁊ pote/
ſtatem / qua poſſe ſubiacet deo. Felicia/
nus. Ergo ad extantiam filij poteſtas pa
terna nõ ſufficit? Aug⁹. Quaſi ego de po
teſtate patris / ⁊ nõ de ipſa paternitatis ve
ritate contendã. An ei ſe dici maluit patrẽ
quẽ nõ ſibi / ſed creaturis voluit eſſe ↄſimi/
lẽ? Et ideo fatẽdũ tibi ẽ: ex ſubſtãtia patris
extitiſſe filiũ / ſi ⁊ natus ⁊ deus ẽ: aut filium
pariter ⁊ deũ negare / ſi nõ ex paterna ſub/
ſtantia / ſed ex nulla: operãte tñ / ſicut etiam
in alijs creaturis patris voluntate ⁊ pote/
ſtate creatus eſt.

**Q filius dei non ſit creatura / ex
creaturaꝝ ↄditiõib⁹ ꝓbat̃: Ca. VII**

Voniã me ad ei⁹ (Felicianus. A
q confeſſionẽ neceſſitate compellis:
id quod a maiorib⁹ noſtris dici aſ/
ſolet / nõ tacebo. Aiunt enĩ: creaturã eſſe fi/
liũ / ſed ꝑfectã: quę dñari poſſit oĩb⁹ crea/
turis. Aug⁹. Gaudeo quidẽ ꝙ irreligioſę
ꝑdicationis† initio virus manifeſta confeſ/ Al. ꝑnominationis
ſione ꝓdideris: nihil tamen quod creduli/
tate dignũ videat̃ / opponis. Creatura nã/ Creatura quid ſit
qꝫ eſt ex eo quod adhuc nõ eſt / aut aliquã/
do nõ fuit / rei cuiuſlibet corruptibilis quã/
tum in ſe eſt / patris oĩpotẽtis dei volun/
tate facta ſubſtãtia. Hęc diffinitio vtrũ in
dei cadit filiũ videam⁹. Nã filius l eo ꝙ eſt /
indifferentis naturę veritate ꝓlatus eſt: qꝛ
ex eo qui eſt / id eſt ex gignẽte / nõ diſſimilis
natus eſt: ⁊ ideo inter filiũ ⁊ creaturã ꝑmũ-

ni fallor/iſta diſcretio eſt: quia ille ex patre ſubſtantialiter gignit: creatura non ex ſubſtantia facientis/ſed ex ſola volūtate ac poteſtate pficit. Iſta corruptibilis p naturā: niſi fuerit ſeruata p gratiā: ille incorruptibilis/q naſcēdo incorruptibilē ex incorruptibili patre videt habere ſubſtantiā. Filius p oīa ſimilis patri/diſſimilis creaturę. Factor ille nō ex eo qđ nō eſt/in id qđ eſt: ⁊ ppterea nunq̄ in id quod nō eſt ex eo qđ ē: Illa/ id ē creatura/ facta ex eo qđ nō eſt/in id qđ eſt: et ppterea quantū ad ſe attinet: ex eo quod eſt/in id quod non eſt ſui ortus
B condicione reuertit. Felicianus. Neſcio qđ i arcano huius obſcuritatis inuolucris: et ideo recte facies/ſi id qđ a te/vt mea fert opinio/incomphenſibiliter dictū eſt/intelligibilius explicaueris. Augꝰ. Dixi inquā de filio/cū eum a creaturę definitione diſcernerē: qm̄ is non ex eo quod non eſt/in id quod eſt: quod tale eſt/ac ſi dicerē: non ex nihilo factus eſt: et propterea nunq̄ in id quod non eſt/ex eo quod eſt: id eſt nunq̄ i nihilum ex ſeipſo quod eſt/naturę ſuę proprietate ſoluēdus eſt: Creatura vero: ex eo quod non eſt/ in id quod eſt: quo oſtenditur/q2 ex nihilo pata eſt: Et ppterea quantum ad ſe attinet/ ex eo quod ē/ in id quod nō eſt/id eſt i nihilū/niſi ppetua gr̄a fecerit naturę ſuę qualitate vertenda ē. Ergo nunq̄ non erit filius/qui ſubſtantialiter docet eſſe ppetuus: ⁊ hoc vtpote pprio a conditione oīm creaturarū quę p ſeipſaz factę ſunt/ non iniuria noſcitur ſeparandus.

Qr non eadem lege filius a patre deo gignitur/ſicut in creaturis reperitur: Ca. VIII. Felicianus.

l Icet intelligentiā meaz noua rerū ſubtilitate pſtringas: neſcio tamē quo pacto dicas/ q coęternus patri ſit filius: cū et cōmuni loquēdi modo et naturę lege/prior gignens videatur eſſe q̄ genitus. Augꝰ. Si naturę auctorē creaturarū legibus ęſtimamus/dum anteriorē eſſe patrē filio prędicamus: cur nō eadem naturę lege fortiorē patre filiū p acceſſum tēporis dicimus: dū nec huic deſunt incrementa naſcenti: ⁊ imbecillitatis iniuriā ſenectꝰ ingerit patri? Qr ſi hoc ratio ipſa non recipit/omittamus in deo corporalis intelligentię legem: ne operibus ſuis ſimilem dicamus eſſe factorem: maxime cum ex eo quod apud nos euidens eſt/ etiā id quod i occulto eſt poſſimus oſtendere. Sicut enī ſine exemplo mater genuit auctorem ſuū: ſic ineffabiliter pater genuiſſe credendus ē coęternū. De matre natus eſt qui ante iaz fuit: de patre qui aliquādo nō defuit. Hoc fides credat/intelligentia non requirat: ne aut non inuentum putet incredibile/ aut repertum non credat ſingulare. Ecce enim de matre natus eſt chriſtus: nec ideo eſt per cōtactum viri/ matris pudor imminutus. Virgo peperit/ quia virgo concępit: et nō ſeruato rerum ordine/ex integro matris corpore/ integrum corpus chriſtus aſſumpſit. Si ergo nouo more nullo exemplo ſm carnem natus docetur ex corpore: quid mirum ſi non ſm cōſuetudinē humani partus proceſſit ex patre? † Nouimus q de ſubſtātia matris ex ſola genitus eſt filius: et ſine damno corporis parientis natū filij nouimus corpus: et nō minuiſſe incorporalē patris ſubſtantiā creditur: cū ex eodē ipſo ex q ſubſtantialiter atq incorporaliter ē prolatꝰ dicit genitus: Ergo ſi naturam rex intelligentia duce ppendimus: demus initium/ſi non negamus occaſum. Alioquin ideo filiū non habere dicamꝰ initium: quia non per gratiā/ſed per naturaz fatemur eſſe perpetuū. Ad ſummā: maior et minor tribꝰ modis dici poteſt: id eſt ętate/forma/potētia. Etate/ſenior puero: forma/longior paruo: potentia/fortior imbecillo. Videamus vtrum aliquid horū accidat filio: Nam nec ętate minor ē/ quem de principio patre conſtat extitiſſe principiū. Nec forma/ quem non aliud fas eſt prędicare q̄ deum: Nec potentia/a quo totū nouimus eſſe perfectū.

Ar. † Nō minus p ſubſtantiā matris

Maior et minor quot modis qs dicat

Quō ad filiū trāſit dignitas patris: ⁊ ad patrē non recurrat hūilitas prolis: Ca. IX. Felicianus.

ſ Cire cupio quo pacto ad filiū tranſit dignitas patris: et ad patrem non recurrat humilitas plis. Auguſtinus. Non ſm naturam iſta nūc dicā quotidianarum rerum exempla nos docent. Ecce enī putemus aliquem regem ac regis filium/depoſitis regię maieſtatis inſignibus/ſubiecti militis indumenta ſuſcipere: ⁊ ppter certam patris diſpenſationē/ac ſociorū ſalutem rebellium contumelias ſuſtinere: Nunquid q2 ad hoc participium

regię poteſtatis/certū eſt natiuitatē decur
rere:idcirco ad eum qui genuit/ iniuriā filij
non compatiēdi affectu/ſed ipſa paſſionis
ꝓprietate certū eſt ꝑuenire? Non ita eſt:qꝛ
non ex filio patrē/ ſed ex patre filiū certum
eſt natū eſſe. Et ꝓpterea totū inter eos ſi-
mile dicimus qḋ ꝑtinet ad cōmunionē na-
turę:illud ꝓpriū quod ꝑ accidēs vni noſcit̄
eueniſſe ꝑſonę.Habet ḡ naſcendo totū filiꝰ
cū patre qḋ pater eſt: ſed nō de filio pater
quicq̇d ſpecialiter ipſe ꝑpeſſus eſt. Nō eīn
vtriſq; cōmune ē/ꝗ ex homine natus ē hō/
accidens ſpeciale qḋ plęrūq; ſine ꝑiudicio
cōmunis naturę neuter habere docet̄ in al
tero? Una eſt patris ſubſtātia/vna ꝑſona.
Al. ĩgignente Hęc cū† genuit/ex hac ſine dubio nō diuer
ſa noſcit̄ extitiſſe/ ſed altera:quę non aliud
docetur eſſe ꝙ̄ prima/dū ⁊ cōmunis docet̄
eſſe ⁊ ꝓpria: Cōmunis ĩquā vnitate ſubſtā
tię/ ꝓpria diſcretione ꝑſonę. Cū ḡ i ſe extet
illa quę nata ē:nō quicq̇d huic acciderit ad
gignentē neceſſario tranſit/ ſicut ad naſcē-
tem quicquid ꝓpriū ac ſubſtātiale gignen-
B tis ꝯſtat eſſe ꝑuenit. Nō eīn ſicut filio ipſa
generatiōe collata ē diuinitas patꝛ: ſic ad
patrē refert̄ cura/ęgritudo/paupꝑtas/mors/
humilitas ꝑlis. Qḋ ideo nō fit:qꝛ ꝗuis de
vna .i. patris ſubſtantia fuerit ſūis genita:
tn̄ qꝛ iā in ſeipſa extat quęcūq; huic extrin-
ſecus ingerunt̄:nō cōmunia dicunt̄ eſſe/ſꝫ
ꝓpria. Si ḡ humani generꝭ iſta ꝯditio eſt:
cū non vſq;adeo filij ab eo q̇ genuit ĩ aliud
vnq̄ mutata ſubſtātia ē: vt nō eadē poſſit
eſſe/ſed altera: dū extrinſecus filio acciden
tibꝰ multis malis/manet nihilominꝰ natu
ra cōmunis: quid nos de deo atq; eiꝰ filio
dignū ē credere/ q̇d decet ꝑdicare? Quorū
ꝗuis ſm indiuiſę maieſtatis ſimplicē glo-
riā non ſit natura diſſimil̄: ſpecialiter tamē
a filio corpus aſſumptū eſt/ vt humiliaret̄
infirmitate carnis noſtrę/qui pati nihil po
terat ĩ cōmunis diuinitate ſubſtātię. Non
aſſumpſit hō hoīs filius alteram naturā: ⁊
cū in eadē ꝗ cuꝫ patre cōmunis eſt patiat̄/
ad patrē tamen nō trāſmittit iniuriā: Nec
⁊ humiliatus in filio deꝰ pater paſſibiliter
credit̄:cū non in eadē ipſa ꝗ vtriſq; cōmu-
nis ē/ſed ĩ noſtra potius/quā ſolus ipſe ſuſ-
cępit/iudęoꝝ credit̄ ꝑtuliſſe ꝑfidiā. Ad ſū-
maꝫ: quid precor eſt qḋ pēdebat in cruce?
Quid ē quod lācea dicit̄ vulneraſſe? Caro
paſſibil̄/an ſubſtātia diuinitatꝭ? Si maie-
ſtateꝫ ꝓphanus incorporei ꝑdicator aſſū-
pſeris/ corruptibilē deū viderꝭ credere. Si
paſſibilē carnē:non eſt cōmunis iſta cū pa-
tre/ vt ꝑ hāc eū poſſit crux illa contingere.

Quō nō ſint duo chriſti/ſicut ĩ eo eſt duplex natura: Ca. x. Felicianꝰ

D Um torrentis mō oīa ꝗ a nobis A
ſunt dicta pręcipitas: duos admo
dū chriſtos/ nō vnū ꝑdicas. Et nō
ĩmerito: Naꝫ ſi in eo nihil penitꝰ diuinitas
ꝯtulit/ſm hoīem chriſtꝰ alius fuit: Alioq̇n
ꝑ affectū cōmunis† diuinitatꝭ etiā ad patrē Al. ĩdeitatis
paſſio ipſa ꝑuenit. Augꝰ. Nō ita eſt: Ego
eīn ſaluatorē noſtrū nō cōfūdo/ nō diuido.
Nō cōfūdo:ne aut incorpeā/ aut imagina-
riā carnē/aut carnalē/ aut mortalē prędicē
deitatē. Nō ſepo:ne dei patris vnā ſm car
nē/ et alterā ſm maieſtatē itroducere vide-
ar ꝑlem: qꝛ idē dei filꝰ ⁊ ſine initio proceſ-
ſit ex patre: ⁊ ſm tempus naſci ē dignatus
ex virgine: Impaſſibilis in ſuo/paſſus in
noſtro/ dū incōprehenſibilē maieſtatē ve-
lut quodam indumento carnis veſtire di-
gnatuſ eſt ex vtero vna mediatoris ꝑſona
nō vna ſubſtātia. Una inquam ꝑſona: ne
ſit nō vnus chriſtus: nō vna ſubſtantia/ne
mediatoris diſpēſatione ſubmota/aut dei
tm̄ dicatur/aut hoīs filius. Nō ego in chri- B
ſto ſuſcęptā carnem ꝑpetuitate diuinę ge-
nerationis extēdo: nec immenſā deitatem
corporei ortus ętate concludo: quia idē in
diuinitate auctor eſt rerū/qui in carne redē
ptor ē hominū:idē impaſſibilis in ſe q̇ paſ-
ſus in corpore: dū ſic vtriuſq; naturę pro-
prietatem vere ex vtraq; gignenti ſimil̄ na
tus expreſſit/ vt et veraꝫ carnem ſuſcępiſſe
cū conſtet ex matre: et indifferentē deita-
tē habere cōſtet ex patre: Quibus in vnā
perſonā incomprehēſibili mediatoris diſ-
penſatione cōiunctis/ſeruauit ſingulis ꝓ-
pria/ſed cōiunxit ꝓprijs aliena. Seruauit
ꝓpria/ dum non amiſit immenſitatē deita
tis/⁊ infirmitatē nō reſpuit carnis. Coniū-
xit ꝓprijs aliena/dū idē atq; inſeꝑabil̄ chri-
ſtus/⁊ ꝓprio carnis occidit̄/et ꝓprio deita-
tis apud inferos nō tenet̄. Proprio carnis
guſtauit vita mortē:et ꝓprio deitatꝭ ꝑpe-
tuā reddidit carnē. Nō ḡ recte dicit̄ ĩ filio:
pater paſſus ē: qm̄ ĩ carne quę ei nō ē cū pa
tre cōmunis/paſſus ē filiꝰ. Itaq; glorifica-
ta eſt caro maieſtate/dū maieſtas humilia-
ta docet̄ in carne. Sed vtrūq; non de duo-

bus chriſtis ſicut putas/ſed ō vno atq; e-
dem ipſo/quē poſt partū virginis deum ⁊
hoiem nouimus/nos certū eſt p̄dicare.

De duplici natiuitate filij dei ſal- uatoris noſtri: Ca.XI. Felician⁹.

A Si ergo ex v̾gine natus ē chriſtus/
f quō deo patri dicit̾ eſſe coeternus?
Aug⁹. De hoc quidē nobis etiā
aduerſus alios diuerſa ptētio eſt: ⁊ ideo ne
difficilior ſit explanatio veritatis/cauſā p̄-
mū pponam⁹ erroris. Nā ab vno male cre-
dulitatis orſi p̄ncipio/i duo quodāmodo in-
telligētię diſſilis delyramēta fundunt̾. Eſt
nāq; vtriſq; cōmune vnā chriſti natiuitatē/
non duas p̄dicare. Sed alij illā p̄ncipalē q̄
ante oīa ex deo natus ē deus: alij hanc tm̄
q̄ ex v̾gine pceſſit hic dn̄s: pprij dogma-
tis definitione recipiunt/qui p ꝯſequentiā
male iacti ſeminis/in filis blaſphemię ba-
rathrū ceciderūt. Ecce eīn qui ex v̾gine nō
credūt natū: omnē euangeliorū fidē/omnē
baptiſmatis vtilitatē/omnē apoſtolorum p̄-
dicationē: ⁊ ad ſummā omnē noui teſtamē
ti auctoritatē/velut quadā iudaicę icredu-
litatis cęcitate ſubuertūt: Et ideo ne ipſam
maieſtatē quidē dei filij cognouiſſe putan
di ſunt: qr ſacramentū mediatoris/ quo eū
innoteſcere pater gētib⁹ voluit/ abiecerūt.
At v̾o hi qui nō ex patre ante oīe initiū/
ſed ex tpe v̾ginis partu natū eſſe ptendūt:
non eū creatorē oīm: nō dn̄m omnipoten-
tia patri ac maieſtate conſimilē didicerūt.
Quomodo eīn feciſſe putabit̾ cuncta/ante
cuius ortū fuiſſe certum eſt vniuerſa? Aut
quomodo eius diuinitas eſt pſitēda/ quo
needum nato facta ſunt ſingula? Aut quō
eius diuinitas credit̾ eſſe ppetua/cum non
ſemp vt patris/ ſed ex tpe prędicat̾ effecta?
Negāt etiā igit̾ hi quodāmodo mediatoris
ꝯſequenti rerū neceſſitate myſteriū: qr deū
⁊ hoiem nō ex ęternitate/ ſ; ex tēpore: nō ex
virtute/ ſ; ex infirmitate: nō ex patre ante
oia patri ſimilē filiū/ſed ex matre inter oia:
non verū/ ſed imaginariū hominis filiū in
manifeſto/ non p veriſimilitudinē natū p̄-
dicāt chriſtum: Quo fit vt ne in carne qui-
dem noſſe putandi ſint deum: quē ante aſ-
ſumptionē carnis de patre nō putant ge-
nitum. Uides igitur quo pacto inter hos/
licet diſcrepantibus medijs/ idē tamē ini-
B tium/idē exitus docetur erroris. Nos con-
tra ſic natiuitatem vtrāq; defendimus/ vt
neutram alterius affirmatione tollamus:
Nā nec temporalē primę illius ppetuitate
dānam⁹: nec ęternā huiuſcemōi tpalis bre-
uitate concludim⁹: ſciētes verbi dei inſepa
bilē pſonā/ ⁊ hui⁹ verę pſonę poſtea veriſſimā
carnē: Nō tunc fatentes chriſti diuinitatē
cępiſſe cū virgo concępit: nec tunc cępiſſe
carnem/ cū ineffabili quodā partu monas
illa ſine intercapedine medij tēporis i nul-
lo differentē monadem/ niſi quod monas
docetur eſſe genuit. Non infirmitatē vo-
luntariā chriſti omnipotens eius maieſtas
exhorruit: non omnipotentiā corpalis in-
firmitas extinxit. Scio ad inferos† deitatē Al. † diuinita- tem dei
deſcendiſſe pprietate carnis: ſcio ad cęlum
aſcendiſſe carnē merito deitatis: Non eſt
dei pprium q famem ſenſit: ſed dei propri-
um eſt/ q paucis panibus tot milia homi- Matth. 14. c.
num ſatiauit. Nō eſt ppriū carnis q ſuper
frementes vndas ſiccis pedibus ambula-
uit: ſed carnis eſt pprium/ q ſputa/palmas
flagella ſuſtinuit. Unus tamen atq; idem
chriſtus eſt/ qui et iniurias totiens pertu-
lit: et actus in pfundo non merſit. Ex hoc
pacto in mediatore dei ⁊ hominū iniuria
ſui corporis affectā non fateor deitatē/ ſi-
cut maieſtate deitatis glorificatā nouimus
carnē. Ergo chriſtus mortuus eſt/ qui re- C
ſurrexit: nec ideo tamen vtrūq; ex vno/ſed
ex ſingulis ſingula: in vtroq; tamen perfe-
ctus ipſe compleuit/dū vnus atq; inſepa-
rabilis tam diuerſa compleuit: Uno mor-
tem guſtauit/ altero mortuos ſuſcitauit.
Sicq; ſe deum ⁊ hominem vtriuſq; verus
mediator/nec geminata pſona/nec ſubſtā-
tia confuſa monſtrauit. Ingreſſus eſt vir-
ginis vterū dei filius/vt iterum naſceretur
ante iam genitus: qui ſuſcępit totū homi-
nem: qui iam habebat a patre pleniſſimā
deitatē: Nō diſſimilis genitori cū naſce-
retur ex ęterno ppetuus: non diſſimilis ho
mini/cum ex matre naſceretur moriturus.
Idem tamē ⁊ ęternus in ſuo/et moriturus
in noſtro: dum vtrunq; continet ex ſeipſo/
et neutrū perdit ex altero: Sicq; ex deo et
homine nō impfectus/ſed in diuerſa ppri-
etate pleniſſimus natus ē chriſtus: ſicut ex
anima ⁊ corpe vnuſquiſq; hoim docet̾ eſſe
pfectus. Nō alius hō corp⁹/alius animus:
q̄uis aliud animus/aliud corpus: vnus ta
mē atq; idem homo ⁊ corpus docet̾ ⁊ ani-
mus. Rurſū non vnū atq; idipſum corpus

⁊ anim⁹: q: ex vtroq; homo factus ē vnus.
Non eñ hec aut ſubſtantiā confundunt in
vnitate pſone / aut perſonā gemināt diuer
ſitate ſubſtātie: quandoquidē vnus ex his
homo noſcitur extitiſſe: Non perdunt pro/
pria / ſed quia in vnū atq; inſepabile cōue/
nerunt / ex ꝓprijs videntur facta cōmunia.
Afficitur in corpore mēs doloribus corpo/
ris: fatigatur corpus cogitationibus men/
tis: ⁊ vnū tamē horū ꝓprium eſt corporis /
alterū mentis. Quod dū vni homini acci/
derit / et corporis cōmune videtur / et men/
tis: Sic poſt partū virginis / non alius dei /
et alius hominis: ſed idem chriſtus dei et
hominis filius fuit. Et ſicut in vno homi/
ne aliud animus / aliud corpus: ſic in medi/
atore dei et hominū / aliud dei filius / aliud
hominis fuit: vnus tamen ex vtroq; chri/
ſtus dominus fuit: Aliud inquam pro diſ/
cretione ſubſtantie / non aliud pro vnita/
te perſone.

Quomodo chriſtus naſci ex vir/gine potuit / q̄ ante eā fuit: Ca. XII.

A I**N** ſuperioribus (*Felicianus.*
quidem me ad credēdam chriſti ex
matre natiuitatē ſalua ꝑpetuitate
compuleras: Sed q: cōtra rationē vi ora/
Al. textorta tionis † extorta nō i nobis poſſunt eſſe con/
tinua: idcirco cū ad ꝓpoſitionē meā ſollici/
ta intentione reſpicio: necdū mihi videor
in his que a te dicta ſunt inueniſſe qđ que/
ro. Neſcio eñ quomō natū doceatis ex tē/
pore / quem coeternū patri dicitis iam fuiſ/
ſe. Naſci eñ eſt velut quidā motus rei non
extantis anteq̄ naſcaꝛ / id agens beneficio
natiuitatis vt ſit: Quo colligiꝛ chriſtū qui
erat / naſci non potuiſſe: ſi naſci potuit / non
fuiſſe. **Auguſtin⁹.** Ad inquiſitionē nos
incomprehenſibiliū rerū noua interrogan
di curioſitate compellis: ⁊ ideo nō niſi qui/
buſdam exemplorū liniamētis poterit ex/
plicari quod queris. Patere igiꝛ me ꝓ af/
firmato afferre rē alterius queſtioniſ: quia
cum eam nō pro fide ſui / ſed ꝓ alteri⁹ oſten/
ſione nunc ꝓfero: nō in ea me conijcias ex/
plicare quod credo: ſ; ita me credere ad p̄/
ſens puta / vt intelligere faciliuſ poſſis iſta
que dixero. Fingam⁹ ergo ſicut plerīq; vo/
lunt / eſſe in mundo animā generalē: que ſic
ineffabili motu ſemina cuncta viuificet / vt
non ſit concreta cum genitis / ſed vitā pre/
ſtet ipſa gignēdis. Nempe cum hec in vte/
ro paſſibilem materiam ad vſus ſuos for/
matura peruenerit / vnam facit ſecum eſſe
perſonā eius rei / quam nō eandem conſtat
habere ſubſtantiā: et fit operante anima ⁊
patiēte materia / ex duabus ſubſtātijs vn⁹
homo / cū aliud aīa doceatur eſſe / aliud ca/
ro: ſicq; animā naſci fatemur ex vtero: quā
ad vterum venientem vitā dicimus cōtu/
liſſe concepto. Naſci inquā ex matre dici/
tur: quia ex hac ſibi corpus aptauit in quo
naſci poſſet: nō quia anteq̄ naſcereꝛ quan/
tum ad ſe attinet / ipſa penitus non fuiſſet.
Hic ſi verborum vim quotidiani ſermōis
contemplator attendas / cum talia propo/
nimus / oppugnanda p̄dicamus: ⁊ in his ta
mē verū conſtat eſſe quod dicim⁹. Ex ma/
tris vtero cū corpore ſcimus animā naſci:
ſed etiā matre piorē videmus animā p̄di/
cari. In filio mater animā gignit: ſed tamē
etiā in ipſa matre nō niſi anima viuit: ſine
qua nec ipſa quidem poteſt eſſe que genu/
it. Itaq; ſi originē animātis potentie req̄/
ramus / prior eſt anima matre: ⁊ ex hac rur/
ſus nata videtur eſſe cū ſobole. Prior in/
quam anima / per quā mater eſt animata:
prior mater / per quam in filio nata videꝛ ⁊
anima: ſed non mater in carnē animā ver/
tit: nec carnem in animā commutauit / ſed
animatā carnem de vtero matris / id eſt car
nis et anime / ⁊ totius hominis creator ex/
hibeꝛ: qui ꝑ diſpenſationē analogie diuer/
ſa iungentis in vno atq; eodem homine / ⁊
vtrūq; inſolubili vnitate coniunxit / ⁊ neu/
trum ex alterius participatione confudit.
Sic ergo / imo multo incomp̄hēſibilius at/ B
q; ſublimius matris ſuſceptione pfecti ho/
minis de matre filius dei: qui eſt ꝑ om̄ipo/
tentiam ſingularem genitis om̄ibus / non
facultas tm̄ / ſed ⁊ cauſa naſcendi: ſcđm ho
minē inquā de virgine natus eſt deus / eo
pacto quo cū corpore naſci doceꝛ ⁊ anim⁹:
Nō q: vtriuſq; vna ſubſtātia eſt: ſed q: ex
vtraq; fit vna perſona: nō alius homo cor/
pus / et alius animus / ſed vnus homo cor/
pus ⁊ animus. Sic poſt partū virginis: nō
alius dei filius / ⁊ alius hominis / ſed idem
chriſtus dei et hominis fili⁹. Et ſicut ī vno
homine aliud corp⁹ ⁊ aliud anim⁹: ſic ī vno
mediatore aliud dei / et aliud hominis fili/
us: ſed idē tñ ⁊ non alius dei q̄ hoīs fili⁹:
q̄uis propter aliud dei / ⁊ ꝓpter aliud hoīs
filius. Nō ab initio carnis cepiſſe dicimus

filiū dei: ne tempoꝛalē credat aliquis dei-
tatē: Non ab eterno filij dei nouim⁹ carnē/
nec nō veritatē humani coꝛpoꝛis/ ſed quan
dam eum ſuſcepiſſe putem⁹ imaginē. Ne-
qꝫ enī conſumit maieſtatem filij dei veri-
tas carnis: aut veritatem carnis immenſi-
Al'. maieſtat' tas deitatis/ dum vnū radiat virtutib⁹ ſu-
is/ aliud doceat infirmitatib⁹ noſtris. Vn⁹
aūt atqꝫ inſeꝑabilis chriſtus ⁊ humiliat in
aſſumptis/ ⁊ gloꝛificatur in ꝓpꝛijs: cū affici
nō dedignat iniurijs/ ⁊ eq̄litatē cuſtodit ge
nitoꝛis. Genuit ergo maria/ ⁊ non genuit filiū
dei. Genuit/ qm̄ ex ipſa ſm̄ carnē nat⁹ ē chri
ſtus: non genuit/ qm̄ de patre ſine initio ex-
titit filius. Genuit/ qm̄ ex hac verbū caro ꝓ-
ceſſit/ vt habitaret i nobis: nō genuit qm̄ in
Joh.1.b. ꝑncipio erat deus verbū/ qd̄ originē pꝛeſti
tit vniuerſis. Nolite ergo partu ꝟginis deter
minare originē dei verbi. Nolite de ꝟgine
genitū coꝛpus coeternū dicere deitati: qꝛ
1.timoth.2.b. mediatoꝛ dei ⁊ hoīm homo chriſt⁹ ieſus ꝑ-
ma natiuitate coeternus ē patri: ſecunda
particeps tp̄is noſtri: In illa auctoꝛ tp̄is/ i
iſta particeps eſt etatis.

**Cur coꝛpus et animā deus aſſū-
pſerit/ qui ambo coꝛrupta repare
propoſuit: Ca.xiii. Felicianus.**

A q Uoniā de myſterio mediatoꝛis ꝑ-
ſpicua ratione/ ⁊ ad credendū cui-
uis ſufficienter tractaſti: idcirco ergo
ſo vt mihi qd̄ etiā de anima chriſti ſentien-
dū ſit iubeas explicari. Ita enī a maioꝛib⁹
noſtris ſemꝑ eſt traditū: qꝛ coꝛpus chriſti ad
vicē aīe cōmunis ipſius filij dei habit⁹ ani-
marit: nec acceſſione vitalis ſp̄us indigēs
fuerit: cui inhabitās fons vite potuit con-
ferre qd̄ vixit. Auguſtinus. Poſſemus
quidē id quod in hac queſtione catholice
auctoꝛitatis definitione ꝑſcribitur/ diuino-
rū voluminū teſtimonijs edocere: Sed qꝛ
nunc non i libꝛoꝝ indicio/ ſed ſola ratione
placuit cūcta diſcutere: idcirco in aliud tp̄s
ſcꝑturaꝝ monimēta reſeruātes: ſicut ſupe-
rius factū eſt/ ſic etiā de aīe inq̄ſitione tra-
ctabimus. Quod vt poſſit facilius fieri/ q̄
ſaluatoꝛi noſtro ſuſcipiendi hominis cau-
ſa fuerit/ vna tm̄ apoſtoli lectione ſubiec-
cta breuiter inquiramus: Qua inuēcta ſine
aliqua difficultate/ etiā ad hec q̄ hui⁹ ꝑce-
dentis ſunt conſecuta trāſibimus. Ab ini-
tio igitur ex coꝛpoꝛe et anima deus homi-
nē fecit: Qui legis ꝑcepta trāſgreſſus/ poſt
vſurpationē interdicte arboꝛis/ ſententiā
quodammodo pene capitalis excepit. Hic
ad eum ſtatum a quo lapſus eſt/ nō niſi au
ctoꝛis ſui gratia refoꝛmat⁹/ poſtliminij quo-
dammodo iure potuit remeare: ſicut qui
ſe de excelſo in pꝛeceps voluntate remiſe-
rit: In ſua quidē habuit poteſtate quod fe
cit: ſed iam ſuo arbitrio certū eſt non ſub-
iacere qꝛ ſurgat. Surgit itaqꝫ beneficio ali-
eno/ q̄ cecidit ꝓpꝛio. Nec ideo non ſuo di-
cendus eſt cecidiſſe/ quia alieno noſcitur re
ſurgere: nec ꝓpterea ſuo reſurrexiſſe/ qꝛ nō
alieno certum eſt cecidiſſe. Sed de hoc ali-
as: nunc ad propoſitū redeamus. Dicit er-
go venerabilis paulus: qm̄ idcirco ſm̄ car-
nē natus eſt chriſtus: vt ſicut ꝑ vnū homi- Roma.5.c.
nē peccatū in hunc mundū intrauit/ et per
peccatū moꝛs: et ſequētia vſqꝫ ad locū vbi
ait: Sic et ꝑ vnius obeditionē iuſti conſti-
tuuntur multi. Venit ergo chriſt⁹ ſaluū fa Luce.19.b.
cere qd̄ perierat. Prius ergo videamus qd̄
illud eſt quod pꝛotoplaſti trāſgreſſione pe-
rierit: et ex hoc facile ſcire poterimus/ quid
dominus veniendo ſaluare potuerit. Re-
quirendū igitur nobis eſt/ quiſnam ſalua-
toꝛis legē acceperit. Ille enī ſine dubio pec
cauit/ qui ꝑcepta contempſit: Ille ꝑcepta
cōtempſit/ qui quod ꝓhibebatur admiſit.
Dicit autem ſcriptura: Pꝛecepit dn̄s ade/ Gen.2.c.
dicens: Ab omni ligno quod eſt in paradi
ſo manducabitis: de ligno autem ſcientie
boni ⁊ mali/ non mādūcabitis de eo: Qua
autem die manducaueritis/ moꝛte moꝛi-
emini. Queramus ergo nunc/ vtrum hanc
legem totus homo acceperit? Si enim vt
in libꝛo geneſeos continetur/ ex coꝛpoꝛe et
anima iā perfectus accepit/ totus trāſgre-
diendo peccauit: Et ſi totus tranſgredien-
do peccauit: totus peccati ſui vitio iā tunc
perijt. Si aūt totus perijt/ totus beneficio
ſaluatoꝛis indiguit. Et ſi totus bn̄ficio ſal-
uatoꝛis indiguit: totum chriſtus veniēdo
ſaluauit: Et ſi totū veniendo ſaluauit: non
coꝛpus aut animā/ ſed coꝛpus et animam:
quibus conſtat totus homo/ ⁊ quibus pec
caſſe antea videt/ aſſumpſit. Nā ſi toto ho-
mine peccante/ ſolam huius carnem chri-
ſtus aſſumpſit: anima pene ꝑme illi⁹ tranſ-
greſſionis ſine aliqua ſpe etiam nunc ad-
dicta permanſit. Quod ſi ita eſt: neſcio qd̄
nobis mediatoꝛis perſona contulerit: que
melius noſtrum ex toto non redimens

brutam per ſe carnem/ et quę ſine anima
beneficium quidem eius non poſſet ſen/
B tire/ſuſcępit. Uellem tamen ab huiuſmo/
di prędicatoribus quęrere: cur accępta car
ne animā diſpenſatio mediatoris omiſe/
rit? Niſi forte aut innoxiam ſciēs medicinę
indigentē eſſe non credidit: aut a ſe alienā
putans/ redemptionis beneficio non do/
nauerit: aut ex toto inſanabilē iudicās/ cu/
rare nequiuerit: aut vt et vilē q̄ nullis vſi/
bus apta videret/ abiecerit. Horū duo in
ipſum totius hominis creatorē blaſphemi
ſpiritus incredulitate deſipiunt: Nam pri
Al. †deum mo impoſſibilē: ſecūdo non omniū †aucto/
rem crediderunt. Quomō eñ docet omni/
potens/ ſi curare non potuerit deſperatā?
Aut quomō omniū de⁹/ ſi nō ipſe fecit ani/
mam noſtram? Duobus v̓o alijs/ vno ani/
mę cauſa neſcitur/ altero meritū non time/
tur. Aut intelligere cauſam putādus ē ani/
mę: qui eam ad accipiendam legem/ habi/
tu inſitę rationis inſtructā/ a peccato vo/
luntarię tranſgreſſionis nititur ſeparare?
Aut quomō eius generoſitatē nouit/ qui
ignobilitatis vitio dicit eſſe deſpectū/ p̄la/
ta carne: quā non in flatu dei ſicut animā/
ſed de limo terrę conſtat eſſe plaſmatā? Si
autem nihil horum de anima recte ſenti/
tur: credamus quia ſuſcępit redemptor no
ſter hominem totum: ne intercidere quo/
Al. † videam⁹ dammodo animę noſtrę †videamur homi/
nē ſempiternum. Prohdolor: carnē inquit
ſolā chriſtus aſſumpſit/ animā nō quęſiuit.
Al. †ignarus Hic ſi originē vtriuſq; † ignarus rerum con
templator attendas/ p̄cioſior ē animę ſub/
ſtantia: ſi tranſgreſſionis culpam p̄pter in/
Al. †cauſa telligentiā peior eſt †carne. Ego aūt chriſtū
et perfectā ſapientiā dico ꝛ ſcio/ et piiſſimū
eſſe non dubito: quorum primo meliorem
et prudentię capacem non deſpexit: ſecun/
do eam quę magis fuerat vulnerata ſuſcę/
pit. Neq; eñ aut ſapientię conuenit de du
Al. †inſipientiam obus ęque ſuis/ †inſipiētiſſimā plus ama/
Al. † indigēti nō ſubueniſſe re: aut perfectę pietati magis †indigentē
non iuuiſſe.

Quomodo deus in triduo mortuus aſſerat: ꝛ de mortis ↄditiōibus ꝛ ſeq̄lis: Ca. XIIII. Felician⁹.

A O Mnia quidem quę a te non ratio/
nabiliter tm̄/ ſed etiam veraciter
dicta ſunt: et intellexiſſe me in prę/
cedentibus fateor/ et probaſſe non nego:
chriſti autem diuinitas quo pacto mor/
tem ſenſiſſe dicatur/ ignoro. De quo verū
obſcure aliquid dixeris/ an ego ſufficien/
ter dicta ingenij tarditate aſſequi non po/
tuerim/ neſcio. Neq; enim credere auſim/ q̄
fons ille vitę/ a quo habent vniuerſa q̄ vi/
uunt/ per triduum quo in ſepulchro ia/
cuit/ vſq; eo a naturę ſuę proprietate deci/
derit: vt ſi dici fas eſt/ ſepultis ſenſibus
omnem †ſubſtantię vitalis naturam amit/ Al. †motum ſubſtantie vitalis amitte/re
teret: et propter redemptionē humani ge/
neris non patrem tm̄/ ſed et omnia ſpirita/
lis glorię ornamenta deſereret. Auguſti/
nus. Abſit/ abſit a fidelibus iſta ſuſpi/ 3. ſen. diſ. 21. ca. ſicut
tio: vt ſic chriſtus ſenſerit mortē noſtram/
vt quantum in ſe eſt vita/ perderet vitam.
Nam ſi hoc ita eſſet/ quomodo illo triduo
potuiſſe dicim⁹ aliquid viuere/ ſi vitę fon/
tem credimus aruiſſe? Senſit igitur mor/
tem † deitas chriſti participatione huma/ Al. †diuinitas
ni affectus quem ſponte ſuſcęperat: nō na/
turę ſuę potentiā perdidit per quam cun/
cta viuificat. Sic in ſepulchro carnē ſuam
cōmoriendo nō deſeruit/ ſicut in vtero vir/
ginis connaſcendo formauit: Et ſic i vtro/
q; et naſci ꝛ mori/ nō coactus ab altero/ ſed
ſponte dominus voluit: vt hoc eum con/
ſtet pertuliſſe quod fecit: Nec ideo non pa/
tientem/ quia ipſe faciebat: nec ideo nō fa/
cientem/ quia alius tolerabat. Nam ſi do/ B
minicę incarnationis myſteriū/ ſalua indi/
uiduę trinitatis cooperatione conſideres:
idē ſibi in hac humilitate auctor ꝛ opus ē.
Idem auctor/ quia ſpōte naſcit/ ſponte pa
titur: idem opus/ q2 vtrūq; licet non alio
cogente/ ſolus tamen ipſe p̄petitur. Fecit
carnem in vtero matris/ habes auctorem
operis: ipſe in hac naſci dignatus eſt/ ha/
bes opus auctoris: Una tamen p̄ſona eſt/
ſalua vtriuſq; p̄prietate ſubſtātię/ ꝛ aucto/
toris et operis. Sic ergo mortuus eſt non
diſcedente vita/ ſicut paſſus eſt non pere/
unte potētia. Nemo aufert animā eius ab
eo: quia poteſtatem habet ponendi/ et po/ Joh. 10. d.
teſtatem aſſumendi eam: habes etiam hic
auctorem operis: ponit animā pro amicis Ibidem. b.
ſuis/ habes opus auctoris. Quod vt ge/
nerali definitione concludam: quotiens i
carne chriſtus aliquid patitur/ op⁹ aucto/
ris eſt. Sed quia idipſum ſua poteſtate/ nō
alio cogente perpetitur/ ipſe auctor ē ope/
ris. Non ergo ad mariam locali motu

deitas venit/ſed ineffabili potētię ſuę ma/
nifeſtatione/et vterum virginis gignend⁹
impleuit: ⁊ quod totum eſt/ ſubſtantię ſuę
ſ.ſen.dif.22. ca.et vtiq; plenitudine non priuauit. Non dimiſit pa
trem cum venit ad virginez: vbiq; totus/
vbiq; perfectus: quia nec diuiſionē incor/
porei ſimplicitas recipit: et partis nomen
plenitudo non nouit. Erat ergo vno atq;
eodē tempore ipe totus etiā in inferno/to/
tus in cęlo: Illic patiens iniuriam carnis:
hic non relinquens gloriaз deitatis. Erat
apud inferos reſurrectio mortuorum: erat
ſuper cęlos vita viuentiū: vere mortuus/
vere viuus: in quo et mortē ſuſceptio mor
talitatis excepit: et vite deitas ſeruata nō
perdidit. Quotienſcunq; ergo hęc quę in
chriſto humiliter ſunt tolerata/conſideraſ:
ipſum auctorē voluntarię paſſionis agno
ſce: Ita fiet/ vt dum humilitas patienti/fa
cienti virtus aſcribiſ: idem chriſtus vno at
q; eodē tempore cum patitur infirmus/ cū
C facit omnipotēs doceatur. Sed ne adhuc
in morte filij dei aliquam inſenſibilitatem
nos credatis accipere/ importunū non eſt
quę de morte ſenſa ſūt inueſtigare: in qua
ſine dubio deſtitutum corpus vita/animā
noſtrā nō perimit: dū diſcedēs aīa nō vim
ſuam perdidit/ſed quod viuificauerat hoc
dimittit: et quantū in ſe eſt/alterius mor/
tem facit/ ipſa non recipit. Facit inquam
non viuificando quod deſerit/ non amit/
tendo quod viuit. Itaq; omnis mors ni/
hil aliud q̄ carnis occaſus eſt: A qua cum
vis potentię viuificantis abſceſſerit i ter/
ram de qua ſumpta eſt/ amiſſis quos non
per ſe habuit ſenſibus redit. At quia con/
traria inquit vitę mors eſt? Fateor: Sed
non ex eo genere contrariorū/quę exiſten/
tis ſubſtantię oppoſitione ſe perimūt: ſed
ex eoꝝ potius quę dum cuilibet accidunt/
ſimul quidem eſſe non poſſunt: ſed vnius
tū ſubſtantię habitu ac priuatione gignū
tur. Sicut verbi gratia: noctem docemus
ac diem: Nam et hęc eiuſdē generis docen
tur eſſe contraria: cū non vtriuſq;/ſed vni
us tū videatur eſſe ſubſtantia. Ecce enim
dicimus diem eſſe/ cum ſol eſt ſuper terrā:
Solem autem conſtat eſſe ſubſtantiā. Hic
cum peracto diurni temporis curſu/ab hu
mani viſus cōtēplatione diſceſſerit: noctē
diſcedēdo mox facit. Facit inquā ſubtra/
hendo copiam diurni luminis/ nō in ſe re/
cipiendo ſubſtantiā noctis. Itaq; vna lu/
cis ſubſtantia noctem facere videtur et di/
em: Et nō vno modo: Nam diem cum ve/
nit efficit/noctem cum recedit. Unde ⁊ ma
nicheorum nō irreligioſam tñ/ verumeti/
am ſtultam diuiſionem/qua bona a malis
ęque extantibus nitūtur ſeparare ſubſtan
tijs plerūq; confundimus: oſtendētes eis
luminare maius/quo fieri nouimus diem:
et cogentes vt et ipſi ſimiliter nos doce/
rent: quod eſſet ſi dictu fas eſt/ tenebrare
maius / quo ſubſtantialiter fieri credere/
mus et noctem. Sed de his alias: qui per
ſtulticiā blaſphemi dogmatis/ aut pro ex/
tantibus non extantia/aut pro principali/
bus conſecuta/aut ꝓ contrarijs videnſ af/
firmare cōmunia. Quę ſi quis fidei oculis
nō priuatus excuſſerit: omnes eorū machi
nas facili ratione confundit. Ergo vt dice/ D
re cęperamus/anima nō aliter q̄ ſol vitam
tribuit carni cum venerit: mortē efficit cuз
recedit. Quam ne quis putet corpis mor/
te conſumi/audiat quid domin⁹ de hoc in
euangelio generali auctoritate definiat:
Nolite inquit timere eos qui corpus occi/ Matth.10.c.
dunt: animā autē nō poſſūt occidere: Sed
timete eū potius qui animā et corpus pōt
occidere in gehēna ignis. Si ergo ſuperſtite
aīa corp⁹ cōſtat occidi: ⁊ ꝓpterea ɔſequens
neceſſariū nō eſt/aīas corpoꝝ internitione
conſumi: Hoc ſi ita eſt: etiā poſt mortē cor/
poris nihilominus mētibus viuiſ. Quod
ſi de vnoquoq; noſtrū recte ſentiſ quomō
fōs vitę ꝓpter pticipationē humanę⁊mor/ Al. ſmentis
tis viuificandi potentiā perdidiſſe iacta/
tur? Sed poteſt inquis anima et corp⁹ oc/
cidi in gehenna ignis. Qd aduerſū nos ꝓ
mū idcirco nō facit: qz mors iſta nō condi/
tionis videſ eſſe/ſed criminis: Nā remota
culpa iubemur hoīes nō timere q̄ pſſit cor/
pus/animā tñ negantur occidere. Dehinc/
quoniā hoc tñ eſſe diciſ poſſibile deo/filiū
ſuū vnigenitū ⁊ cōmunione naturę ⁊ ęqli/
tate potētię nō hoc credim⁹ meruiſſe. Suſ/
cępit ergo ſaluator conditionē mortis no/
ſtrę: ſed nō ita vt deteriorē faceret: cū pręter conſuetudinē dominari eaз ꝑmittebat
aię: ſed potius vt nihil hanc obeſſe animę
pariter iuſtoꝝ omniū ꝓbaſſet ⁊ vitę.

Ubi triduo deitas fuerit/ que et animam et corpus chriſti non deſeruit: Ca. xv.

ſ Ed fingam⁹/ licet euāgelijs reclamā
tibus/aias interire: Nōne ſaluatore
nr̄o/licet ī his mortē nō repellēte/ter
tiū tn̄ atq; ſpeciale/maieſtas ē/quā non po
tuit mors humana ꝯtingere? Ad ſūmā vi
Luce.23.f. deam⁹: ī cruce poſit⁹ qd ꝑmiſit? Hodie inqt
mecū eris ī ꝑadiſo. Hodie inqt: nō poſt tri
duū/cū carnē meā de ſepulchri reqe reſuſci
tauero: non cum in me ꝑmitias futurę re
ſurrectionis oſtēdero. Cuius putamus hęc
vox ē: maieſtatis/mētis aut corpis? Corp⁹
autē ī ſepulchro fuiſſe/nullus ignorat: Re
ſtat vt diuinitati/ vł mēti vox iſta ꝯueniat.
Ar. toixini tatis Sed dicit aliqs: †Deitatis hāc/nō aīę chri
ſti credimus vocē. Et quid in eo cui ꝑmit
tebaƚ accipimus: Hodie inqt latroni/mecū
eris in paradiſo: cuius corpus ad futuram
reſurrectionē mors cōmunis incluſit? Aia
igitur eſt cui dn̄s hoc promiſit et pręſtitit.
Si igitur mortuo corpore ad paradiſū ani
ma mox vocatur: quenq; ne adhuc tā im
piū credimus/ q̄ dicere audeat: qm̄ aia ſal
uatoris noſtri triduo illo corporeę mortis
apud īferos cuſtodię mācipeƚ? Et qs inqs
eſt alius q̄ inſtāte paſſione chriſti ingemuit
Math.26.d. dicēs: Triſtis eſt aia mea vſq; ad mortem?
Triſtis vſq; ad mortē/ ꝓpter affectū ſuſce
ptę carnis: non poſt mortē/cū beatitudinē
ſpōdet ſocietas deitatꝭ: Nō initiū męroris
mors iſta/ſʒ finis eſt: Nec incipiūt poſt hāc
iuſtoꝝ flagella/ ſꝫ deſinūt: cū ꝛ impedimēta
materię fluctuātis exponūt: et auctorē ſuū
pleniori intelligentia iam capiunt.

Quomō deitas mortē ſenſerit:

e Rgo inqs: mortē dei fili⁹ (Ca. XVI
ꝛ in aia non ꝑtulit/ ꝛ ī maieſtate nō
ſenſit? Quid ergo dicebas eē quod
ꝑtulit? Senſit ꝓrſus ꝛ ꝑtulit: ſed ꝑticipati
one morbi alieni/ non ꝓprietate vulneris
ſui. Senſit ſicut omnes ſentiūt/qui mortē
te carne mentibus viuūt: non ſicut impij
qui in vtraq; ſicut idē ait/ ī gehennę igni
bus occidūtur. Quidā ſane cōmunē mor
tem etiā hoc pacto deſiniunt dicentes: ni
hil aliud hanc eſſe/q̄ cum diuerſarū rerum
ꝯſenſu vitā faciētiū/ velut ꝑ diſſidiū quod
dā ab inuicē fuerit facta diſſētio. Hęc ſi ho
minis mors eſt quę non conſumit iuncta/
ſed diuidit/dū origini vtrunq; reſtituit: qd
de ſaluatoris nunc aia dicemus: quę nō vt
dicā ꝓpter inhabitantē deitatē/ꝛ ꝓpter iu
ſticiā ſingularē: certe ꝓpter cōmunē mori
endi ſortē corp⁹ illo triduo ſic potuit deſe
rere/vt ipſa nō poſſet penitus interire?

Quomodo ad inferos anima chriſti deſcenderit/et an per motū localem: Ca. XVII.

n On ergo inquis apud inferos chri
ſti aia/non diuinitas fuit? Fuit in
quā. Neq; aliter eū video potuiſſe
reſuſcitare carnē ſuam/ſi apud inferos prę
diceƚ velut abſentis dei non fuiſſe poten
tiam: Nec ideo tamē localē nos credat ali
qs dei prędicare ꝑſentiā/ de quo iſta ꝓpter
manifeſtationē certi operis dicimus: quia
alicubi fuit qui vbiq; non defuit. Iacebat
quantū ad corp⁹ mortuus ī ſepulchro/mor
tuos reſuſcitans in inferno/ vitā tribuens
vniuerſis in cęlo: nō mūdū dimittēs ad cę
los aſcēdit: nec cęlū deſerēs ad terrā venit/
ſʒ vno atq; eodē tēpore totū totus imple
uit: qui alicubi manifeſtatiōe plus parēs:
ſcriptũ eſt: Bona bonis creata ſũt ab initio. Eccl.39.e

Et iterũ: Qui ſũt boni/ erũt habitatores ter
re. Cui ſic reſpondendũ eſt/ vt ⁊ illud intel
Marci. 10. c. ligat quõ dictũ ſit: Nemo bonus/ niſi vn⁹
deus. Siue qꝛ omnia que creata ſũt q̃uis
Gen. 1. d. ea deus fecerit bona valde/ creatori tamen
cõparata/ nec bona ſunt: cui cõparata/ nec
ſũt. Altiſſime quippe ⁊ ꝓprio modo quodã
Exo. 3. d. de ſeipſo dixit: Ego ſum q̃ ſum: ſicut dictũ
eſt: Nemo bonus/ niſi vn⁹ de⁹: Quẽadmo
Joh. 1. a. et. 5. f dũ de iohãne dictũ eſt: Nõ erat ille lumen
cũ dñs eũ dicat lucernã: ſicut diſcipulis/ q̃
Mat. h. 5. b. bus dixit: Vos eſtis lumẽ mũdi. Nemo ac
cendit lucernã ⁊ ponit eã ſub modio: ſed in
cõparatiõe luminis illius: qd̕ eſt verũ lumẽ
Joh. 1. a. illuminãs omnẽ hoiem venientem in hunc
mundũ/ nõ erat ille lumen. Siue quia ipſi
etiã filij dei cõparati ſibiipſis quales in illa
ꝑfectione eterna futuri ſunt: ita boni ſũt/ vt
adhuc ⁊ mali ſint. Qd̕ de illꝭ dicere nõ aude
rẽ: Quis enĩ audeat dicere malos eſſe/ q̃rũ
pater eſt deus: niſi ipſe dñs diceret: Si ergo
Math. 7. b. vos cũ ſitis mali/ noſtis bona data dare fi
lijs veſtris: quãto magis pater veſter/ q̃ in
celis eſt/ dabit bona petentib⁹ ſe. Cum ait
vtiq̃: pr̃ veſter/ filios dei eẽ iam mõſtrauit/
q̃s tñ adhuc malos nõ eẽ tacuit. Ille tñ nõ
ſoluit/ quõ ⁊ iſti boni ſint/ et nemo ſit bon⁹
niſi vn⁹ de⁹: vñ ẽ ille admonit⁹ q̃ interrogaue
rat/ q̃d boni faceret vt illũ q̃reret cui⁹ grã bo
nus eſſet: cui bonũ eẽ/ hoc ẽ ipm̃ eſſe: qꝛ in
cõmutabilit̃ bon⁹ ⁊ nõ põt oĩno malus eẽ.
5 ¶ Itẽ dicũt inq̃r: Quis gl̃iabit̃ caſtũ ſe ha
Prouer. 20. b re cor? Et ad h̃ rñdit mlt̃a teſtimonijs/ volẽs
oſtẽdere poſſe eẽ in hoie caſtũ cor: nec tñ di
cit quõ accipiẽdum ſit qd̕ ꝓpoſuit ꝯ ſe dici:
Quis gl̃iabit̃ caſtũ ſe habere cor: ne ſcriptu
ra diuina i hoc teſtimonio ⁊ in his per quẽ
reſpondit ſibi ipſa aduerſaria videatur.
Aug. ¶ Nos aũt huic rñdẽtes dicim⁹ id ſecutũ
eſſe: q̃s gl̃iabit̃ caſtũ ſe habere cor: qm̃ ꝑceſ
ſit/ cũ rex iuſtus ſederit i throno. Quãtali
bet enĩ iuſticia ſit ꝑdit⁹ hõ: cogitare debet
ne aliq̃d i illo qd̕ ipſe nõ videt inueniat̃ eſſe
culpãdũ cũ rex iuſtus ſederit i throno: cui⁹
cogitationẽ fugere delicta non pñt: nec illa
Pſ. 18. de q̃b⁹ dictũ eſt: Delicta q̃s intelligit? Cũ ḡ
rex iuſtus ſederit i throno/ q̃s gl̃iabit̃ caſtũ
ſe habere cor? Aut q̃s gl̃iabit̃ mũdũ ſe eẽ a
pctõ? Niſi forte iſti q̃ volũt i ſua iuſticia nõ
ipſius iudicis miſericordia gloriari.
6 ¶ Tamẽ etiã illa v̾ba ſũt q̃ rñdẽdo ſubiec
Math. 5. a. qd̕ ſaluator ait in euãgelio: Beati mũdo cor
de: qm̃ ipſi deũ videbunt: Et qd̕ dauid dic̃:
Pſ. 23. Quis aſcẽdet in mõtẽ dñi: aut q̃s ſtabit in
Pſ. 124. loco ſctõ ei⁹? Innocẽs manib⁹ ⁊ mũdo cor
de: Et alibi: Bñ fac dñe bonis ⁊ rect̃a corde.
7 ¶ Item apud ſalomonẽ. Bona eſt ſubſtã

tia cui non eſt peccatũ conſcientia. Eccl. 13. d
¶ Itẽ illic: Auerte te a delicto/ ⁊ dirige ma 8
nus/ ⁊ ab omni delicto mũda cor tuum.
¶ Itẽ in ep̃la iohis: Si cor nr̃m nos nõ re 9
prehenderit/ fiduciam habem⁹ ad deum: et 1. Joh. 3. d.
quecunq̃ petierimus accipiemus ab eo.
Hoc enĩ agit̃ volũtate/ credendo/ ſperando
diligẽdo/ corp⁹ caſtigãdo/ elemoſynas faciẽ
do/ iniurias ignoſcẽdo/ inſtant̃ orãdo ⁊ ꝓfi
ciẽdi vires ꝑdicãdo: veraciterq̃ dicẽdo: Di Matth. 6. b.
mitte nob/ ſic̃ ⁊ nos dimittim⁹: ⁊ ne inferas
nos i tẽptationẽ/ ſ3 libera nos a malo. Hoc
ꝓſus agit̃ vt cor mũdet̃: ⁊ pctm̃ omne tol
lat̃: et q̇ iudex iuſtus cum in throno ſederit
occultũ iuenerit/ minuſq̃ mũdatũ ei⁹ miſe
ricordia remittat̃: vt deo vidẽdo totũ ſanũ
mũdũq̃ reddat̃. Judiciũ eni ſine miſc̃dia ẽ: Jaco. 2. c.
h̃ illi q̃ nõ fec̃ miſc̃diã. Superexaltat aũt mi
ſericordiã iudicio. Qd̕ ſi nõ eẽt/ q̃ ſpes eẽt?
Quĩdẽ cũ rex iuſt⁹ ſederit i throno/ q̃s glo
riabit̃ caſtũ ſe habere cor: aut q̃s gl̃iabitur
mũdũ ſe eẽ a pctõ? Tũc ḡ ꝑ ei⁹ miſc̃diã iuſti Matth. 13. f.
plene ꝑfecteq̃ mũdati/ fulgebũt ſic̃ ſol in re
gno pr̃is ſui. Tũc plena atq̃ ꝑfecta erit ec
c̃lia ſ͞n h̃ñs maculã aut rugã aut aliq̃d hm̃õi: Eph. 5. f.
qꝛ tũc etiã erit vere glorioſa. Cũ enĩ nõ tm̃
ait: vt exhiberet ſibi eccliã nõ habẽtẽ ma
culã aut rugã/ h̃ addidit/ gl̃ioſã: ſatis ſigni
ficauit/ q̃ñ erit ſine macula aut ruga aut ali
q̃d hm̃õi: tunc vtiq̃ q̃ñ gl̃ioſa: Nõ enĩ mõ i
tãtis malis/ in tãtis ſcãdalis/ in tãta ꝑmixti
one hoim peſſimoꝝ/ in tãtis opprobrijs im
pioꝝ dicẽdũ ẽ eã eẽ gl̃ioſã: qꝛ reges ei ſerui
unt: vbi ẽ periculoſior maiorq̃ tẽptatio: ſ3
tũc potius glorioſa erit/ q̃ñ fiet qd̕ idem ait
ap̃ls: Cũ chriſt⁹ apparuerit vita vr̃a/ tũc et Col. 3. a.
vos appebit̃a cũ in ipſo gl̃ia. Cũ enĩ dñs ipſe
ſcd̕m formã ſerui/ ꝑ quã ſe mediator ꝯiũxit
eccl̃ie/ nõ fuerit gl̃ificat⁹ niſi reſurrectionis
gl̃ia: Vñ dictũ ẽ: Spũs ſ͞n erat dat⁹: qꝛ ieſus Joh. 7. f.
nõdũ fuerat gl̃ificat⁹: quõ dicẽda ẽ añ reſur
rectionẽ ſuã ecclia ei⁹ eẽ gl̃ioſa? Mundat ḡ
eã nũc lauacro aq̃ in v̾bo abluẽs pctã ꝑte
rita: ⁊ pellens ab ea dñationẽ maloꝝ ange
loꝝ: deinde ꝑficiẽs ei⁹ ſanitates/ facit eã oc
currere in illã gl̃ioſam/ ſine macula et ruga.
Quos enĩ ꝑdeſtinauit illos ⁊ vocauit: ⁊ q̃s Roma. 8. e.
vocauit ipſos ⁊ iuſtificauit: q̃s aũt iuſtifica
uit illos ⁊ gl̃ificauit. In h̃ myſterio dictũ ar
bitror: Ecce eijcio demõia ⁊ ſanitates ꝑficio Luce. 13. f.
hodie ⁊ cras ⁊ tertia die ꝯſũmor. i. ꝑficior. Di
xit enĩ h̃ ex ꝑſona corpis ſui/ qd̕ ẽ ecclia dei:
ponẽs ꝓ diſtict̃a ordinatiſq̃ tpib⁹/ qd̕ ⁊ i ſua
reſurrectiõe ſignificauit i triduo. Puto aũt
intereſſe int̃ rectũ corde/ ⁊ mũdũ corde. Nã
⁊ rectus corde i ea q̃ añ ſunt extẽdit̃: ea q̃ re Phil. 3. c.
tro ſunt obliuiſcẽs: vt recto curſu. i. recta fi

de atq̧ intẽtione pueniat/vbi habitet mũ/
dus corde. Sicut illa ſingſa reddẽda ſũt ſin
Pſ.23. gulis/vbi dictũ ẽ: Quiſ aſcẽdet i mõtẽ dñi:
aut qs ſtabit i loco ſctõ ei⁹? Innocẽs mani/
bus ⁊ mũdus corde. Innocẽs manib⁹ aſcẽ/
det: ⁊ mũduſ corde ſtabit. Illud in ope ẽ/il/
lud i fide: Et illic magſ itelligẽdũ qđ dictũ
eſt: Bona eſt ſubſtãtia cui nõ ẽ pctm̃ in con
ſciẽtia. Tũc eñ erit vere bona ſubſtantia.i.
verę diuitię cũ trãſierit tota pauptas.i. ꝯſũ
mata fuerit oĩs infirmitas. Nũc ꝟo auertat
ſe hõ a delicto: cũ ꝓficiẽdo inde diſcedat/et
renouet̃ de die in diẽ: ⁊ dirigat man⁹ in opa
miſcdię: ⁊ ab omni delicto mũdet cor ſuuz:
miſereat̃/vt qđ reſtat/per veniaz dimittat̃.
Hoc eñ ſalubriter ⁊ ſine vana inaníq̧ iactã
tia bñ intelligit̃ i eo qđ dixit ſctũs iohãneſ:
1.Joh.3.d. Si cor nr̃m nos nõ reprehẽdat/fiduciã ha/
bem⁹ ad deũ: ⁊ q̃cũq̧ petierim⁹/ab eo acci/
piem⁹. Hoc eñ videt̃ iſto loco admonuiſſe:
ne cor nr̃m nos i ipa orõne ⁊ petitiõe rep̄hẽ
dat: h̃ ẽ ne forte cũ cęperim⁹ dicere: Dimitte
Math. 6.b. nob/ſicut ⁊ nos dimittim⁹: cõpũgamur nõ
facere qđ dicim⁹: aut etiã nõ audeam⁹ dice/
re qđ nõ facim⁹/ ⁊ fiduciã petẽdi amittam⁹.
10 ¶ Itẽ ſibi oppoſuit teſtimoniũ ſctãrũ ſcri/
Eccle.7.c. pturarũ/qđ eis dici ſolet: q̃ nõ ẽ hõ iuſtus
in t̃ra q̃ faciat bonũ ⁊ nõ peccet. Et q̄ſi rñdit
alijs teſtimonijs: q̃ dñs de ſancto iob ait:
Job.1.b. Nũqd ꝯſideraſti ſeruũ meũ iob? Nõ eñ eſt
ei ſilis quiſq̧ i terris hõ ſine q̃rela/ver⁹ dei
cultor/abſtinens ſe ab omni ope malo. Uñ
iã ſupert⁹ diſſeruim⁹. Nec tñ ipe oñdit nob
quõ ⁊ iob/ſi hęc ꝟba ita intelligẽda ſunt/ſi/
ne vllo pctõ fuerit in t̃ra: ⁊ verũ ſit qđ ſcptũ
eſſe dixit: Nõ eſt hõ iuſt⁹ in terra qui faciat
11 bonum ⁊ non peccet.
Pſ.142. ¶ Itẽ dicũt inqt: q̃ nõ iuſtificabit̃ in ꝯſpe
ctu tuo oĩs viuẽs. Et huic teſtimõio q̄ſi rñ/
dit ad nihil aliud/niſi vt ſcripturę ſctẽ int̃ ſe
litigare videant̃: q̃rũ cõcordiã nos debem⁹
oſtẽdere. Ait eñ/ q̃b⁹ rñdẽdũ eſt qđ de ſctõ
Luce.1.a. ʒacharia euãgeliſta teſtat̃ dicẽs: Erat autẽ
ʒachariaſ ⁊ heliſabet vxor ei⁹ iuſti ambo in
cõſpectu dñi/ ⁊ in oĩb⁹ mãdatis incedẽtes ⁊
iuſtificatiõib⁹ dñi ſine q̃rela. Qui iuſti ãbo
vtiq̧ legerãt int̃ ipa mãdata quẽadmoduz
ſua pctã mũdarẽt: Nã ʒacharias/qđ de om
ni ſacerdote ex hoĩb⁹ accepto in epſa ad he/
Heb.5.a. breos đr/etiã ꝓ ſuis pctĩs vtiq̧ hoſtiaſ offe
rebat. Quõ g̃ intelligendũ ſit qđ đr: ſine q̃
rela iã ſupra ſatis ꝗ̃rũ opinor oſtẽdimus.
12 ¶ Et beatus inqt apſs ait: Ut ſim⁹ ſancti
Eph.1.a. et imaculati in ꝯſpectu ei⁹. Hoc agit̃/vt hoc
ſimus/ſi imaculati itelligẽdi ſũt q̃ oĩno ſũt
ſine crimine etiã in hac vita. Si aũt imma/
culati ſunt q̃ ſunt ſine crimine/etiã in hac vi

ta fuiſſe atq̧ eſſe/negare nõ poſſum⁹: q̃ nõ
ideo ſine vllo pctõ eſt aliqs/qm̃ non habet
maculã crimis. Uñ ⁊ apſs cũ miniſtros eli
geret ordinãdos/nõ ait: ſi qs ſine pctõ: qđ
iuenire nõ poſſet: ſʒ ait: Si qs ſine crimine: Ad titum.1.b
qđ vtiq̧ poſſet. Nec tñ ipe oſtendit quẽad/
modũ ſcđm ſuã cauſaz debeam⁹ accipe/ qđ
ſcriptuz eſt: Qm̃ nõ iuſtificabit̃ in ꝯſpectu Pſ.142.
tuo oĩs viuẽs. Apta q̃ppe ſnĩa eſt de ſupi/
ore ꝟſu illuſtrius declarata: Nõ intres in/
qt in iudiciũ cũ ſeruo tuo: q̃ nõ iuſtificabit̃
in ꝯſpectu tuo oĩs viuẽs. Iudiciũ timet: q̃
miſericordiã deſiderat/ quę ſuperexaltat iudi Jaco.2.c.
cio. Hoc eſt eñ ne intres in iudiciũ cũ ſeruo
tuo: noli me iudicare ſcđm te q̃ es ſine pctõ:
q̃ nõ iuſtificabit̃ in ꝯſpectu tuo oĩs viuẽs:
qđ de hac vita dictũ ſine difficili q̃ſtione in/
telligit̃. Et qđ ait: nõ iuſtificabit̃ ad illã pfe
ctionẽ iuſticię retulit q̃ in hac vita nõ eſt.
¶ Itẽ dicũt inqt: Si dixerim⁹ q̃ pctm̃ nõ 13
habem⁹/ipi noſ ſeducim⁹: ⁊ ꝟitaſ i nob nõ ẽ. 1.Joh.1.c.
Et huic euidentiſſimo teſtimonio q̄ſi ꝯ̃rijs
teſtimonijs rñdere conatus eſt: q̧ idẽ ſanct⁹
iohãnes in eadẽ epſa dicat: Hoc autez dico
frẽs/vt non peccetis. Oĩs qui natus eſt ex 1.Joh.3.b.
deo/pctm̃ nõ facit: q̃ ſemẽ ipſius in eo ma/
net/ ⁊ nõ põt peccare.
¶ Itẽ illic: Qui natuſ eſt ex deo nõ peccat: 14
quia generatio dei conſeruat eum/et mali/ 1.Joh.5.d.
gnus nõ tanget eum.
¶ Itẽ illic inquit vbi de ſaluatore ait: Qm̃ 15
ille apparuit/vt pctã tolleret. Oĩs q̃ in eo 1.Joh.3.a.
manet/non peccat. Oĩs q̃ peccat/nõ vidit
eum nec cognouit eum.
¶ Itẽ illic: Chariſſimi nũc filij dei ſum⁹: ⁊ 16
nondũ apparuit qđ erim⁹. Scim⁹ qm̃ cũ ap
paruerit/ſilẽs ei erim⁹: qm̃ videbim⁹ eũ ſicu
ti eſt: ⁊ omnis qui habet ſpem hanc in euz/
ſanctificat ſe: ſicuti ⁊ ipſe ſanctus eſt. Et ta/
men cum hęc omnia teſtimonia vera ſint:
verũ eſt ⁊ illđ qđ ꝓpoſuit ⁊ nõ ſoluit: Qr ſi
dixerim⁹ q̃ pctm̃ nõ habem⁹: noſipos ſedu
cim⁹/ ⁊ veritas in nob nõ ẽ. Ac ꝑ h̃ ſm̃ id q̧
ex deo nati ſum⁹ in eo q̃ apparuit vt pctã tol
leret.i. i chriſto manem⁹/ ⁊ nõ peccam⁹: hoc
eſt aũt/q̧ interior renouat̃ de die in diem. 2.Cor.4.d.
Scđm aũt q̧ de hoĩe illo nati ſumus ꝑ quẽ
pctm̃ intrauit in mũdũ/ ⁊ per pctm̃ mors ⁊ Roma.5.b.
ita in oẽs hoĩes ꝑtrãſijt: ſine pctõ nõ ſum⁹:
q̃ ſine illi⁹ infirmitate nondũ ſum⁹/donec
illa renouatiõe/q̃ fit de die in diẽ: qm̃ ſcđm
ipaz ex deo nati ſum⁹/ifirmitas tota ſanet̃:
in q̃ ex p̄mo hoĩe nati ſum⁹/ ⁊ in q̃ ſine pctõ
nõ ſum⁹: cui⁹ reliquijs in hoĩe manẽtib⁹ ite/
riore ꝗ̃uis de die i diẽ minuãt̃ i ꝓficiẽtib⁹:
Sr dixerim⁹: q̃ pctm̃ nõ habem⁹: noſipſos
ſeducim⁹/ ⁊ veritas in nob eſt. Quõ eñ ve/

1.Joh.3.b. rū ē: Oīs q̄ peccat/ nō vidit eū/ neq̄ cogno/
uit eū: cū ſcdm viſionē ⁊ cognitionē q̄ erit ī
ſpecie/ nemo eū in hac vita videat atq̄ co/
gnoſcat: ſcdm aūt viſionē atq̄ cognitionē
que eſt in fide/ multi ſunt q̄ peccēt: certe ipſi
apoſtate/ q̄ tn̄ in eū aliqn̄ crediderūt: vt de
nullo eoꝝ dici poſſit: ſcdm viſionē ⁊ cogni/
tionē q̄ adhuc in fide eſt/ nō vidit eum neq̄
cognouit eū? Sed intelligendū arbitror: q̄ꝛ
renouatio pficiēda videt eū ⁊ cognoſcit: in/
firmitas v̄o abſumēda non videt/ neq̄ co/
gnoſcit eū. In cuꝰ quātiſcūq̄ reliquijs cō/
1.Joh.1.c. ſtitutꝫ iteꝝ/ Si dixerimꝰ: q̄ꝛ pctm̄ nō habe
mus/ noſipſos ſeducimꝰ/ ⁊ veritas in nobis
nō eſt. Cū ḡ p gratiā renouatiōis filij dei ſi/
mus: tn̄ ppt reliquias infirmitatis: nondū
1.Joh.3.a. apparuit qd̄ erimꝰ: ſcimus qm̄ cū apparue/
rit ſiles ei erimꝰ: qm̄ videbimꝰ eū ſicuti eſt:
Tūc pctm̄ nullū erit: q̄ꝛ īfirmitas nec interi
or nec exterior vlla remanebit: et oīs q̄ ha/
bet hāc ſpem in eū/ ſanctificat ſeipm̄ ſicut ⁊
ipe ſanctꝰ ē. Sanctificat eni̅ ſe nō p ſeipm̄: ſ
. credēdo in illū ⁊ inuocādo illū qui ſctificat
Al. ꝑfectio. ſctōs ſuos: Cuꝰ ſctificatiōis effectio/ q̄ nūc
pficit et creſcit de die in diē oēs infirmita/
tis reliquias ablatura eſt.

17 ¶ Item dicūt inquit: Nō volētis neq̄ cur/
Roma.9.c. rentis: ſed miſerentis eſt dei. Quibus re/
ſpōdendū eſſe dicit: qd̄ idem aplꝰs alibi de
1.Cor.7.g. quodam ait. Qd̄ vult faciat. Item inq̄t ad
Ad philemo/nem.b. philemonē de oneſimo: Quē ego volueraꝫ
apud me detinere/ vt p te mihi miniſtraret:
ſꝫ ſine ꝯſilio tuo nihil volui facere: vt nō q̄ſi
ex neceſſitate bonū tuū eſſet/ ſꝫ voluntariū.
Deut.30.d. Itē in deuteronomio. Vitā ⁊ mortē dedit
an̄ faciē tuā/ bonū et malū: elige vitā vt vi/
Eccl.15.c. uas. Itē apud ſalomonē. Deꝰ ab initio cō/
ſtituit hoīeꝫ/ ⁊ reliquit eū ī manu cōſilij ſui:
adiecit ei p̄cepta ⁊ mādata: ſi voles/ p̄cepta
ſeruabūt te: ⁊ in poſterū fidē placitā facere.
Appoſuit tibi aquā ⁊ ignem: ad quod vis
porrige manū tuā. An̄ hoīem bonū ⁊ malū:
vita ⁊ mors/ pauptaſ ⁊ honeſtas a dn̄o deo
Eſaie.1.e. ſūt. Itē apd̄ eſaiā. Et ſi volueritꝭ ⁊ audieri/
tis me: q̄ bona ſunt terre mādu cabitis: Si
aūt nolueritis/ nec obaudieritis me: gladiꝰ
vos comedet: Os eni̅ dn̄i locutū ē hec.

A ¶ Hic v̄o q̄ſtūlibet iſti ſe obtegāt/ aperiūt.
Auguſtini re/ſp:nſio. Declarāt eni̅ ſe ꝯ̄ dei grāꝫ vl̅ miſcdiā diſpu
Matth.6.b. tare quā volumꝰ ietrare cū dicimꝰ: Fiat vo
lūtas tua ſicut in celo ⁊ in t̄ra: Et ne nos in
feras ī tēptationē: ſ libera nos a malo: Ut
quid eni̅ iſta orādo tanto gemitu petimꝰ: ſi
volētis hoīs ⁊ currētꝭ/ ⁊ nō miſerētis ē dei?
Nō q̄ꝛ h̄ ſine volūtate nr̄a agit̄: ſꝫ q̄ꝛ volū/
tas nō implet qd̄ ait/ niſi diuinitꝰ adiuuet̄.
Hec eſt fidei ſanitas q̄ nos facit orare: q̄rere

Matth.7.g. vt inueniamꝰ: petere vt accipiamꝰ: pulſare
vt apiat̄ nob̄. Cōtra iſtā q̄ diſputat/ contra
ſeipm̄ claudit oſtiū miſcdie dei. Nolo plura
dicere de re tāta: q̄ꝛ meliꝰ ea cōmitto fideliū
gemitibꝰ q̄ ſermonibꝰ meis. Uidete tn̄ ob/
ſecro q̄le ſit volēti ⁊ currēti miſcdiaꝫ dei nō
neceſſariā: q̄ illū etiā p̄uenit/ vt curreret: q̄ꝛ
1.Cor.7.g. de q̄dā ait aplꝰs: Qd̄ vult faciat. Ibi vt ar/
bitror vbi ſeq̄t̄ ⁊ dicit: Nō peccat/ ſi nubat:
q̄ſi p magno habendū ſit/ velle nubere: vbi
de adiutorio diuine miſcdie opoſiuſ diſpu
tat̄: Aut v̄o etiā ibi pdeſt aliq̄d velle: niſi
deꝰ puidētia/ q̄ gubernat omīa: marē femi/
Ad philemo/nem.b. nāq̄ ꝯiūgat: Aut qm̄ ad philemonē ſcpſit
aplꝰs: vt nō q̄ſi ex neceſſitate bonū eiꝰ eſſet:
ſꝫ volūtariū: quaſi alit̄ ſit volūtariū bonū:
Phil.2.b. nō cū deꝰ opat̄ in nob̄: ⁊ velle ⁊ opari p bo/
na volūtate: Aut q̄ꝛ ī deuteronomio ſcptū
Deut.30.d. eſt: Uitā ⁊ mortē dedit an̄ faciē hoīs: bonū
⁊ malū: ⁊ admonuit/ vt eligeret vitā: q̄ſi ⁊
ipa admonitio n̄ de miſcdia veniat: vel ali/
q̄d pdeſſet eligere vitā niſi deꝰ eligēdi cha/
ritatē īſpiraret/ ⁊ electā habere p̄ſtaret. De
Ps.29. q̄ dictū ē: Qm̄ ira ī indignatiōe eiꝰ: ⁊ vita ī
Eſaie.1.c. volūtate eiꝰ: Aut q̄ꝛ dictū ē: Si voles/ p̄ce
pta ſeruabūt te: quaſi nō debeat deo agere
grās/ q̄ꝛ p̄cepta voluit: q̄ deſertus omni lu/
mine vitatꝭ/ hec velle nō poſſe. Poſitis an̄
hoīem igne ⁊ aq̄/ q̄ vult quidē porriget ma/
nū: ſꝫ altior ē q̄ vocat altius q̄ oīs huma/
na cogitatio: Qn̄ q̄dē initiū corrigendi cor
fides eſt: ſicut ſcriptū ē: Uenies ⁊ ptrāſibis
ab īitio fidei. Et q̄ſq̄s ita elegerit bonū ſic
Roma.12.a. vnicuiq̄ deꝰ ptitꝰ eſt mēſurā fidei. Et nemo
Joh.6.e. pōt ad me venire ait/ p̄nceps fidei: niſi pat̄
meꝰ q̄ miſit me traxerit eū. Qd̄ de fide dictū
eſſe q̄ in eū credit̄/ ſatis euidēter poſtea ex/
Joh.6.g. planat/ vbi dicit/ Uerba q̄ ego locutus ſuꝫ
vobis: ſpūs ⁊ vita ſunt: ſꝫ q̄dā ſūt ex vob̄ q̄
nō credūt: Sciebat eni̅ ab initio ieſus/ q̄ eſ/
ſent credētes: ⁊ q̄s eū traditurus eēt: ⁊ dice/
bat: Propterea dixi vob̄: q̄ꝛ nemo pōt ad
me venire/ niſi fuerit ei datū a patre meo.
Magnū aliq̄d p ſua cauſa ſe īueniſſe arbi/ B
trat ē apud eſaiā pph̄am: q̄ꝛ deꝰ dixit: Si
Eſaie.1.e. volueritis ⁊ audieritꝭ me: q̄ bona ſūt terre
re mādu cabitꝭ: Si aūt nolueritꝭ ⁊ n̄ audieri
tis me/ gladius vos comedet. Os enim dn̄i
locutū ē hec: Quaſi nō lex tota hmōi cōdi/
tiōibus plena ſit: Aut ob aliud ſupbis pre/
Gal.3.c. cepta iſta data ſint: niſi q̄ꝛ lex p̄uaricationiſ
gratia poſita eſt/ donec veniret ſemē cui p/
Roma.5.d. miſſum eſt. Unde ſubintrauit/ vt abunda/
ret delictū: ⁊ vbi abundauit delictum/ ſup
abundauit gratia. i. vt acciperet hō p̄cepta
ſupbe de ſuis viribus ꝯfidēs: in quibus de/
ficiens ⁊ factus etiā p̄uaricator/ liberatorē

ſaluatoreꝗ reqreret: atqꝫ ita cū timor legis
humilē factuꝫ / tanꝗ̄ pedagogus ad fidem
gratiāqꝫ perduceret. Ita multiplicatis in/
firmitatibus poſtea accelerauerūt: quib⁹ ſa
nādis opportune chriſtus aduenit. In cui⁹
gratia etiā iuſti antiqui crediderūt / eadē ipa
gratia eius adiuti: vt gaudentes cū preno/
ſcerent: et quidā etiā pnunciarent eſſe ven/
turum: vel in illo populo iſrael ſicut moy/
ſes / ꝛ ieſu naue / ꝛ ſamuel ꝛ dauid / ꝛ ceteri ta
les: vel extra ipſū populū / ſicut iob: vel ani
ipſuꝫ populū / ſicut abraam: ſicut noe ꝛ qui
cunqꝫ alij ſūt quos cōmemorat vel tacet di
uina ſcriptura. Vnus enī deus: ꝛ vnus me/
diator dei / ꝛ hominū: homo chriſtus ieſus:
ſine cuius gratia nemo a cōdemnatiōe libe
ratur / ſiue quā cōtraxit ex illo / in quo omēs
peccauerūt / ſiue quā poſtea ſuis iniquitati/
C bus addidit. Quale eſt autē qđ iſte poſuit
in extremo: Si quis dixerit: pōt fieri / vt hō
vel verbo nō peccet? Reſpōdendū eſt inqt.
Si vult deus / pōt: vult enī de⁹: ḡ pōt. Item
ait: Si quis dixerit: fieri poteſt / vt homo in
cogitatiōe nō delinquat: Reſpōdendū eſt.
Si vult deus pōt: vult enī deus / ergo pōt.
Videte quēadmodū noluerit dicere: ſi de⁹
Pſ. 17. adiuuet / pōt: cui dicit: Adiutor me⁹ eſto ne
derelinqs me. Non vtiqꝫ ad corpalia bona
capeſſenda ꝛ mala cauēda / ſed ad gerendā
Matth. 6. b. pficiendāqꝫ iuſticiā propter qđ dicim⁹: Ne
nos inferas in temptationē / ſed libera nos
a malo. Nec adiuuat / niſi qui et ipſe aliqd
agit: Adiuuat aūt ſi inuocat / ſi credit / ſi ſm
ppoſitū vocatus eſt: qm̄ qs an̄ preſciuit et
Roma. 8. f. pdeſtinauit cōformes fieri imaginis filij ſui
vt ſit ipſe primogenitus in multis fratrib⁹:
Quos autem predeſtinauit / illos et voca/
uit: quos autem vocauit / illos et iuſtifica/
uit: quos autem iuſtificauit / illos ꝛ glorifi/
cauit. Currimus ergo cū pficimus / dum ſa/
nitas noſtra in pficiētib⁹ currit: Sicut etiā
cicatrix currere dicit: qn̄ bene vulnus dili/
gēterqꝫ curat: vt ex oī pte pfecti ſine vlla ſi/
mus oīno infirmitate peccati: qđ nō ſolum
vult deus / verūetiaꝫ vt impleat facit atqꝫ
adiuuat. Et hoc nobiſcū agit gratia dei p
ieſū chriſtū dn̄m noſtrū: nō ſolū pceptis / ſa
cramentis / exemplis / ſed ꝛ ſpūſctō: per quē
Roma. 5. a. latenter diffundit charitas in cordib⁹ nr̄is:
que interpellat gemitibus inenarrabilib⁹ /
donec in nobis pficiat ſanitas / ꝛ de⁹ ſicut
vidēdus eſt in eterna veritate monſtretur.
Quiſquis ergo fuiſſe vel eſſe in hac vita ali
quē hominē / vl' aliquos hoies putat: exce/
pto vno mediatore dei ꝛ hoim: quibus ne/
ceſſaria nō fuerit remiſſio peccatoꝝ / cōtrari
us eſt diuine ſcripture / vbi aplus ait: Per
vnū hominē pctm̄ intrauit in mūdū / et per Roma. 5. c.
pctm̄ mors: et ita in oēs hoies ptranſijt: in
q oēs peccauerūt: Et neceſſe eſt / vt ipa cō/
tentiōe aſſerat / eſſe poſſe hoies / qui ſine me/
diatore chriſto liberante atqꝫ ſaluante ſint
liberi ſaluiqꝫ a pctō: cū ille dixit: Nō eſt op⁹ Matth. 9. b.
ſanis medicus / ſed male habētib⁹: Nō veni
vocare iuſtos / ſed pctōres. Quiſqs aūt di/
cit: poſt acceptā remiſſionē pctōꝝ ita quēꝗ̄
hoieꝫ iuſte vixiſſe i hac carne / vel viuere / vt
nullū habeat oīno pctm̄ / ꝯdicit aplo ioban/
ni q ait: Si dixerim⁹ / qꝛ pctm̄ nō habemus: 1. Ioh. 1. c.
nosipſos ſeducim⁹ ꝛ veritas in nobis nō ē.
Nō enī ait habuim⁹ / ſed habem⁹. Qđ ſi qſ/ D
qꝫ aſſerit de illo pctō eſſe dictū / qđ habitat
in carne mortali noſtra ſcđm vitiū qđ pec/
cātis pmi hoīs volūtate ꝯtractū ē: cui⁹ pctī
deſiderijs ne obediam⁹ / paul⁹ apls pcepit:
nō aūt peccare: qui eidem pctō qꝫuis in car/
ne habitanti ad nullū opus malū oīno cō/
ſentit vel facti vel dicti vel cogitati: qꝫuis
ipſa cōcupiſcētia moueat: que alio mō pec/
cati nomē accepit / qđ ei ꝯſentire peccare ſit
nobiſqꝫ moueat inuitis: ſubtiliter quidem
iſta diſcernit: ſed videat / quid agat de dn̄ica
oratiōe / vbi dicim⁹: Dimitte nobis debita Matth. 6. b.
noſtra. Qđ niſi fallor / nō op⁹ eſſet dicere: ſi
nunꝗ̄ / vel in lapſu lingue / vel in oblectāda
cogitatiōe eiuſdē peccati deſiderijs aliquā/
tulū cōſentirem⁹: ſed tantūmodo dicenduꝫ
eſſet: Ne nos inferas in temptationē / ſed li/
bera nos a malo. Nec iacob⁹ apls diceret:
In multis offendim⁹ oēs. Nō enī offendit Iaco. 3. a.
niſi cui mala ꝯcupiſcentia ꝯtra iuſticie rōnē
appetendo ſeu vitando faciendū vel dicen/
dū vel cogitandū aliqd / qđ nō debuit / ſiue
fallēs / ſiue pualēs perſuadet. Poſtremo ſi
excepto illo capite nr̄o ſui corporis ſaluato
re aſſerūt / vel fuiſſe / vel eſſe in hac vita aliq
hoies iuſti ſine aliquo pctō: ſiue nunꝗ̄ con/
ſentiendo deſiderijs eius / ſiue qꝛ pro nullo
peccato habēdū eſt: qđ tātū eſt / vt hoc pie/
tati non imputet deus: qꝫuis aliter ſit beat⁹
ſine pctō: aliter aūt beat⁹ cui nō iputat dn̄s
pctm̄: nō nimis exiſtimo reluctandū. Scio
enī qbuſdā eſſe viſum / quoꝝ de hac re ſen/
tentiā nō audeo reprehendere: qꝫꝗ̄ nec de
fendere valeā. Sꝫ plane quiſqs negat nos
orare debere / ne intremus in temptationē:
negat aūt h q cōtendit ad nō peccandū gr̄e
dei adiutoriū nō eē hoī neceſſariū / ſed ſola
lege accepta hūanā ſufficere voluntatē: ab
aurib⁹ oīm remouenduꝫ / ꝛ ore omniū ana/
thematiçandū nō dubito.

Sancti auguſtini epī: liber de pfectione
iuſticie cōtra celeſtiū pelegianū explicit.

Diui aurelij auguſtini hipponē=ſis epiſcopi/in librū qui intitulat̄: Speculum/prefatio.

A q Uis ignorat ſcripturis ſanctis:id
eſt legitimis/ꝓpheticis/euangeli
cis ⁊ apoſtolicis/auctoritate cano
nica preditis: quedam ſic eſſe poſi
ta vt tm̄ ſcirentur ⁊ crederentur:vt eſt/q̄ in
Gen.1.a. principio fecit deus celum et terram:⁊ q̄ in
Joh.1.a. principio erat verbum:et quecunq̧ facta
diuina vel humana tm̄modo cognoſcenda
narrant̄:Quedā v̄o ſic eſſe iuſſa/vt obſer/
uarentur et fierent: vel ꝓhibita/ne fierent:
Exo.20.c Ut eſt:Honora patrē et matrē:Et/Nō me/
chaberis.Horū autē q̄ iubendo et vetando
ſcripta ſunt:Alia ſunt ſacramentoꝝ velata
myſterijs/que multa veteris teſtamēti po/
pulo illi facienda mandata ſunt:neq̧ a po/
pulo chriſtiano nunc fiunt/ſed tm̄modo in/
telligenda requirunt̄ atq̧ tractant̄: Sicuti
eſt ſabbatū ad viſibilē vacationē:ſicut azy/
ma in pane ſine fermēto:paſcha in ouis oc/
ciſione: ſicut tot genera ſacrificiorum cibo/
rumq̧ vitandoꝝ:⁊ neomenie/et annue ſol/
lennitates quas obſeruāt nunc vſq̧ iudei:
Et ille iuſtificatiōes que nō ad opera iuſti/
cie ꝓprie pertinent/ſed aliq̄d ſignificare in/
telligunt̄. Quis eñ chriſtian⁹ ſeptimo an/
no cogit̄ ſeruū reddere libertati?Et ſi diſce/
Exo.21.a. dere ille noluerit/ci⁹ auricula ſubula ꝑfun/
dere ad poſtē:et cetera huiuſmodi.Alia v̄o
etiā nūc facienda ſunt/ſi facienda precepta
ſunt:nec facienda/ſi ꝓhibita:Qualia ſunt
illa q̄ dixi:Honora patrē ⁊ matrē: Et/Non
B mechaberis.De his igit̄ que ita ſunt poſi/
ta in litteris ſacris:vel iubendo/vel vetan/
do/vel ſinendo:vt etiā nunc/id eſt tempore
noui teſtamēti ad viā piam exercendā mo/
reſq̧ pertineant:hoc opus quod in manus
ſumpſi/cōponere aggreſſus ſum:Ut quan/
tum me de⁹ adiuuat/oīa talia de canoni/
cis libris colligā:atq̧ vt facile inſpici poſ/
ſint/in vnū tamq̄ ſpeculū congerā. Opor/
tuit eñ ſic ea poni ab auctorib⁹ nr̄is quēad
modū poſita ſunt/vt p̄cepta narrationib⁹
vel diſputationib⁹ ꝓprijs figurata/et figu
ratis ꝓpria miſcerent̄/dū rerū geſtaꝝ ordo
ſeruat̄/aut reſpōdet̄ aduerſis:aut q̄ docen/
di ſunt/inſtruunt̄:aut occultoꝝ inuentione
quodāmodo renouant̄ hi qui prompta et
aperta faſtidiunt. Nos autem in hoc opere
nec infidelē/vel adducim⁹/vel edificam⁹ ad
fidem:nec exercem⁹ quibuſdā ſalubrib⁹ dif/
ficultatib⁹ ingeniū intentioneq̧ diſcentiū:
ſed eū q̄ iā credens obedire deo voluerit/vt
hic ſe inſpiciat/admonem⁹:quantūq̧ in bo
nis morib⁹/operibuſq̧ ꝓfecerit/et quātum
ſibi deſit/attēdat:Sic eñ poteſt et de his q̄
habet/gratias agere:et de his que non ha/
bet vt habeat/ſatis agere:ac ꝓpter illa ſer/
uanda curā preceſq̧ fidelis pietatis adhi/
bere. In his autē oībus que inſpicienda
ponere inſtitui: quecūq̧ inter ſe videbunt̄
eſſe cōtraria/poſtea ꝓpoſitis queſtionibus
exponenda atq̧ ſoluenda ſunt. Sane ſup/
plicia malefactorū/et premia recte factorū/
q̄uis nonnulla cōmemoranda exiſtimaue/
rim: tamē in nouo teſtamēto diſſimilia ve/
teribus eſſe q̄s neſciat? Ab ipſa igit̄ lege
que data eſt per moyſen diuinorū p̄cepto/
rum qualia nos cōmemoraturos eſſe pro/
miſimus/aggrediamur exordiū.

Diui aurelij auguſtini hipponē=ſis epiſcopi/Speculi de libro legꝭ q̄ Exodus nominat̄/liber incipit.

n Non facies ti Exo.20.
bi ſculptile:neq̧ omnē ſi/
militudinē que eſt in celo
deſuper/⁊ que in terra de/
orſum: nec eoꝝ q̄ ſunt in
aquis ſub terra:nō adora
bis ea neq̧ coles.Itē nō aſſumes nomē do/
mini dei tui in vanū:nec eñ habebit inſon
tem dn̄s eū qui aſſumpſerit nomen dn̄i dei
ſui fruſtra. Et paulopoſt:Honora patrem
tuū ⁊ matrē:vt ſis longeuus ſup terrā quā
dn̄s deus tuus dabit tibi. Non occides:nō
mechaberis:nō furtum facies:nō loqueris
cōtra ꝓximū tuū falſum teſtimoniū:nō con
cupiſces domū ꝓximi tui: nec deſiderabis
vxorem eius:nō ſeruū/nō ancillā/nō bouē/
non aſinū:nec oīa que illius ſunt. Item
poſt decalogum alijs in locis/hec in eodē
libro reperiunt̄ p̄cepta viuendi. Non facie/ Ibidem.d.
tis deos argenteos/nec deos aureos facie/
tis vobis. Et aliquāto poſt:Qui ꝑcuſſerit Exo.21.b
hominē/volens occidere:morte moriatur:
Qui autē nō eſt inſidiatus/ſed deus illum
tradidit in manus eius:cōſtituā ſibi locum
quo fugere debeat. Si q̄s de induſtria occi
derit ꝓximū ſuū per inſidias:ab altari meo
euelles eū vt moriat̄. Qui ꝑcuſſerit patrem
ſuū et matrē/morte moriatur. Qui furatus
fuerit hominē et vendiderit eum:cōuictus/
noxe/morte moriat̄. Qui maledixerit patri
ſuo aut matri:morte moriat̄. Si rixati fue/
rint viri/et ꝑcuſſerit alter proximū ſuū lapi/
de vel pugno:⁊ ille mortuus non fuerit/ſed
iacuerit in lectulo ſuo:ſi ſurrexerit ⁊ ambu/
lauerit foris ſup baculū ſuū/innocens erit

qui percuſſit: ita tñ vt operas ei⁹ et impen/
ſas in medicos reſtituat. Qui pcuſſerit ſer/
uum ſuū/vel ancillā virga/et mortuus fue/
rit in manib⁹ ei⁹/criminis reus erit: Sin au/
tem vno die ſuperuixerit vel duobus/non
ſubiacebit pęnę: quia pecunia illius eſt. Si
rixati fuerint viri/ et percuſſerit qs mulierē
pregnantē: et abortiuū quidē fecerit/ ſed ip
ſa vixerit: ſubiacebit damno quantū expe/
tierit marit⁹ mulieris/ et arbitri iudicarint:
Sin autē mors ei⁹ fuerit ſubſecuta: reddat
animā ꝓ aīa: oculū ꝓ oculo: dentē ꝓ dente:
manū ꝓ manu: pedē ꝓ pede: aduſtionē ꝓ
aduſtiōe: vuln⁹ ꝓ vulnere: liuorē ꝓ liuore.
Si pcuſſerit quiſpiā oculū ſerui ſui/aut an/
cillę/ꝛ luſcos eos fecerit: dimittet liberos ꝓ
oculo quē eruit. Dentē quoqꝫ ſi excuſſerit
ſeruo/aut ancillę ſuę: ſimiliter dimittet eos
liberos. Si bos cornu petierit virū aut mu
lierem/et mortui fuerint: lapidib⁹ obruet: ꝛ
nō comedent carnes eius: dñſqꝫ bouis in/
nocens erit. Qꝫ ſi bos cornupeta fuerit ab
heri et nudiuſtertius: et cōteſtati ſunt dñm
eius/nec recluſit eū/occideritqꝫ virū ac mu/
lierē: et bos lapidib⁹ obruet/et dñm illi⁹ oc/
cident. Qꝫ ſi preciū ei fuerit impoſitum: da
bit ꝓ anima ſua qcquid fuerit poſtulatus.
Filiū quoqꝫ et filiā ſi cornu pcuſſerit/ ſimili
ſententię ſubiacebit. Si ſeruū/ancillāqꝫ in/
uaſerit: triginta ſiclos argenti dabit dño:
Al. ſe ꝑimet bos vo lapidib⁹ † obruet. Si qs aperuerit
ciſternā et foderit/et nō operuerit eā/cecide
ritqꝫ bos aut aſinus in eā: dñs ciſternę red/
det preciū iumentorū: qd autē mortuū eſt/
ipſi⁹ erit. Si bos alien⁹/bouē alteri⁹ vulne/
rauerit/et ille mortuus fuerit/vendēt bouē
viuū/ꝛ diuident preciū: cadauer autē mor/
tui inter ſe diſpertient. Sin autem ſciebat
ꝙ bos cornupeta eſſet ab heri et nudiuſter/
tius/et non cuſtodiuit eū dñs ſuus/ reddet
bouē proboue: ꝛ cadauer integrū accipiet.
Exo. 22. Si qs furatus fuerit bouē aut ouē/ꝛ occi/
derit vel vendiderit/quinqꝫ boues ꝓ vno
boue reſtituet: ꝛ quattuor oues ꝓ vna oue.
Si effringens fur domū ſiue ſuffodiens/ fu
erit inuentus: et accepto vulnere mortuus
fuerit: percuſſor nō erit reus ſanguinis. Qꝫ
ſi orto ſole hͦ fecerit: homicidiū ꝑpetrauit/
et ipſe morief: Si non habuerit qd ꝓ furto
reddat/venundabif. Si aūt inuentū fuerit
apud eum qd furatus eſt viuens: ſiue bos/
ſiue aſinus/ſiue ouis: duplū reſtituet. Si lę
ſerit quiſpiā agrū vel vineā/ et dimiſerit iu
mentū ſuū vt depaſcaf aliena: qcquid opti
mum habuerit in agro ſuo vel in vinea/ ꝓ
dāni ęſtimatiōe reſtituet. Si egreſſus ignis

inuenerit ſpicas ꝛ cōphenderit aceruos fru
gum/ſiue ſtantes ſegetes in agris: reddet
dānū q ignē ſuccenderit. Si qs cōmēdaue/
rit amico pecuniā/aut vas in cuſtodiā: ꝛ ab
eo q ſuſceperat/furto ablata fuerint: ſi inue
nief fur/ duplū reddet. Si latet/ dñs dom⁹
applicabif ad deos/ ꝛ iurabit qd nō extēde/
rit manū in rem ꝓximi ſui ad ꝑpetrandam
fraudē/tā in boue ꝙ in aſino ꝛ oue ac veſti/
mēto: ꝛ qcqd dānū inferre pōt: Et ad deos
vtriuſqꝫ cauſa perueniet. Et ſi illi iudicaue/
rint/duplū reſtituet ꝓximo ſuo. Si qs com/
mēdauerit ꝓximo ſuo aſinū/ bouē ꝛ ouē/et
omne iumentū ad cuſtodiā: ꝛ mortuū fuerit/
aut debilitatū/vł captū† a beſtijs: nulluſqꝫ Al. †ab beſti/bus
hoc viderit: iuſiurandū erit in medio/ ꝙ nō
extēderit manū ad rē ꝓximi ſui: ſuſcipietqꝫ
dñs iuramentū: ꝛ ille reddere nō cogef. Qꝫ
ſi furto ſublatū fuerit: reſtituet dānū dño.
Si comeſtū a beſtia fuerit/deferet ad eū qd
occiſum ē/ ꝛ nō reſtituet. Qui a ꝓximo ſuo
qcqꝫ horū mutuū poſtulauerit ꝛ debilitatū
aut mortuū fuerit dño non ꝑſente/ reddere
cōpellef. Qꝫ ſi impꝛſentiarū fuit dñs/nō re/
ſtituet: maxime ſi cōductū venerat pro mer
cede opis ſui. Si qs ſeduxerit ꝟginē necdū
deſponſatā/ et dormierit cū ea: dotabit eā/
ꝛ habebit eā vxorē. Si pater virginis dare
noluerit: reddat pecuniā iuxta modū dotis
quā ꝟgines accipere cōſuerūt. Maleficos
nō patieris viuere. Qui coierit cū iumētor
morte moriaf. Qui imolat dijs/occidetur:
ꝑter dño ſoli. Aduenā nō contriſtabis: neqꝫ
affligeſ eū: aduenę enī fuiſtis i terra ęgypti.
Viduę ꝛ pupillo nō nocebitis: Si lęſeritis
eos/vociferabunf ad me ꝛ ego exaudiā cla/
morē eoꝝ: ꝛ indignabif furor me⁹: pcutiāqꝫ
vos gladio: ꝛ erūt vxores veſtrę viduę/et fi
lij veſtri pupilli. Si pecuniā mutuā dederiſ
populo meo pauperi qui habitat tecū: non
vrges eū qſi exactor: nec vſuris opprimes.
Si pignus a ꝓximo tuo acceperis veſtimē
tum: ante ſolis occaſum redde ei: ipſum enī
eſt ſolū quo operif indumentū carnis eius:
nec habet aliud in q dormiat. Si clamaue/
rit ad me/exaudiā eū: quia miſericors ſum.
Dijs nō detrahes: et principi populi tui nō
maledices. Decimas tuas ꝛ primitias non
tardabis offerre. Primogenitū filioꝝ tuoꝝ
dabis mihi. Et paulo poſt. Nō ſuſcipies Exo. 23.
vocē mendacij: nec iunges manū tuā/vt ꝓ
impio dicas falſum teſtimoniū. Nō ſeque/
ris turbā ad faciendū malū: nec in iudicio
plurimorum acquieſces ſentētię/vt a vero
deuies. Pauperis quoqꝫ nō miſereberis in
iudicio. Si occurreris boui inimici tui/aut

aſino erranti:reduc ad eū. Si videris aſinū
odientis te iacere ſub onere: nō ptrāſibis/ſ
ſubleuabis cū eo. Nō declinabis in iudicio
paupis. Mēdaciū fugies. Inſontē ꝛ iuſtū
nō occides: q2 auerſoꝛ impiū. Ne accipias
munera: q̃ excecāt etiā prudētes/ꝛ ſbuertūt
vba iuſtoꝝ. Peregrino moleſt⁹ nō eris: ſci/
tis eñ aduenarū aias: q2 et ipſi pegrini fu/
Exo.23.c. iſtis i terra egypti. Et poſt q̃dā iterpoſita
cū de alienigenis loq̃ret: Nō adoꝛabis de/
os coꝝ: neq3 coles eos. Nō facies opa coꝝ:
ſ deſtrues eos/ꝛ ꝯfringes ſtatuas coꝝ/ ſer/
Exo.34.b. uietiſq3 dño deo veſtro. Et poſt mlta i eo/
dē libꝛo de dijs gētiū. Sz araſ coꝝ deſtrue:
cōfringe ſtatuās/lucoſq3 ſuccide. Noli ado/
rare deū alienū. Dñs zelotes nomē ei⁹/ de⁹ ē
emulatoꝛ. Ne ineas pactū cū hoib⁹ illaꝝ re
gionū: ne cū foꝛnicati fuerint cū dijs ſuis/ꝛ
adoꝛauerint ſimulacra coꝝ/vocet te q̃ſpiā
vt comedas de imolatis. Nec vxoꝛē de fili/
abus coꝝ accipies filijs tuis: ne poſtq̃ ipſe
fuerint foꝛnicate/ foꝛnicari faciant et filios
tuos in deos ſuos. Deos cōflatiles non fa/
Ibidem.c. cies tibi. Et paulopoſt. Primitias frugū
terre tue offeres in domo domini dei tui.
Hec de libꝛo legis qui Exodus nominat
colligenda exiſtimaui.

Nunc eodem modo inſpiciam⁹ in ſequenti Leuitico.

Leuit.18.a. **Mnis homo**
inquit ad ꝓximā ſanguinis
ſui nō accedet/vt reuelet tur
pitudinē ei⁹. Ego dñs. Tur/
pitudinē pris tui/ꝛ turpitu/
dinē matris tue nō diſcoopies. Mater tua
eſt: nō reuelabis turpitudinē ei⁹. Turpitu/
dinē vxoꝛis patris tui nō diſcoopies: turpi/
tudo eñ patris tui ē. Turpitudinē ſoꝛoꝛis
tue ex patre/ſiue ex matre q̃ domi vel foꝛis
genita eſt: nō reuelabis. Turpitudinē filie
filij tui vel neptis ex filia/non reuelabis: q2
turpitudo eſt. Turpitudinē filie vxoꝛis pa/
tris tui quam peperit patri tuo/ et eſt ſoꝛoꝛ
tua: nō reuelabis. Turpitudinē ſoꝛoꝛis pa/
tris tui/nō diſcooperies: q2 caro eſt patris
tui. Turpitudinē ſoꝛoꝛis matris tue nō re/
uelabis: eo ꝙ caro ſit matris tue. Turpitu/
dinē patris tui non reuelabis: nec accedas
ad vxoꝛē ei⁹ que tibi affinitate cōiungitur.
Turpitudinem nurus tue nō reuelabis: q2
vxoꝛ filij tui eſt: nec diſcooperies ignomini/
am ei⁹. Turpitudinē vxoꝛis fratris tui non
reuelabis: q2 turpitudo fratris tui eſt. Tur/
pitudinē vxoꝛis tue et filie eius nō reuela/
bis. Filiā filij ei⁹/et filiā filie illi⁹ nō ſumes
vt reueles ignominiā eius: quia caro illius
ſunt: ꝛ talis coitus/inceſt⁹ eſt. Soꝛoꝛē vxo/
ris tue in pelicatū illi⁹ non accipies: nec re/
uelabis turpitudinē ei⁹ adhuc illa viuente.
Ad mulierē q̃ patit menſtrua/ nō accedas:
nec reuelabis feditatē ei⁹. Cū vxoꝛe ꝓximi
tui non coibis: nec feminis cōmixtionē ma/
culaberis. De ſemine tuo nō dabis vt cōſe/
cretur idolo moloch: nec pollues nomē dei
tui. Ego dñs. Cū maſculo nō cōmiſceberis
coitu femineo: q2 abhominatio ē. Cū omni
pecoꝛe nō coibis: nec maculaberis cum eo.
Mulier nō ſuccumbet iumento/ nec miſce/
bitur ei: q2 ſcelus eſt. Ne polluamini in om
nibus his. Et poſt aliquantū. Unuſq̃ſq3 Leuit.19.a.
matrē ꝛ patrē ſuū timeat. Et poſt vnū ver
ſum: Nolite ꝯuerti ad idola: nec deos cōfla
tiles faciatis vobis: Ego dñs deus veſter.
Et poſt paululū: Nec remanētes inq̃t ſpi/ Ibidem.b.
cas colliges: neq3 in vinea tua racemos et
grana decidentia cōgregabis: ſed pauperi/
bus et peregrinis carpenda dimittes. Ego
dñs de⁹ veſter. Nō facietis furtū. Nō men/
tiemini. Nec decipiat vnuſq̃ſq3 ꝓximū ſuū.
Non† periurabis in noie meo: nec polliues Al. ſpeierabis
nomē dei tui. Ego ſum dñs. Nec facias ca/
lumniā ꝓximo tuo: nec vi opprimes eū. Nō
moꝛabit op⁹ mercenarij apd te vſq3 in ma/
ne. Non maledices ſurdo: nec corā ceco po/
nes offendiculū: ſed timebis dñm deū: q2
ego ſum dñs. Nō facies qđ iniquū eſt: nec
iniuſte iudicabis. Nec cōſideres perſonam
pauperis: nec honoꝛes vultū potentis. Iu
ſte iudica ꝓximo tuo. Non eris criminatoꝛ
et ſuſurro in populis. Nō ſtabis cōtra ſan/
guinē ꝓximi tui. Ego dñs. Ne oderis fra/
trem tuū in coꝛde tuo/ſ publice argue eū:
ne habeas ſup illū pctm̄. Nō queras vltio/
nem: nec memoꝛ eris iniurie ciuium tuoꝝ.
Diliges amicū tuū ſic teipſū. Ego ſū dñs.
Leges meaſ cuſtodite. Et paulopoſt: Nō Ibidem.c.
comedet carnē cū ſanguine. Nō augurabi
mini: nec obſuabit ſomnia: neq3 in rotun/
dū attondebitis comā: nec radatis barbā:
Et ſup moꝛtuo nō icidet carnē veſtrā/neq3
figuras aliq̃s ꝛ ſtigmata facietis vob: Ego
dñs. Ne ꝓſtituas filiā tuā/ne cōtaminetur
terra/ꝛ ipleat piaculo. Et poſt vnū vſum
Ego dñs: Ne declinetis ad magos: nec ab
hariolis aliq̃d ſciſcitamini: vt polluamini p
eos: Ego dñs de⁹ veſter. Corā cano capite
cōſurge/ꝛ honoꝛa pſonā ſenis: ꝛ time deum
tuū. Ego ſū dñs. Si habitauerit aduena in
tra veſtra/ꝛ moꝛat⁹ fuerit int vos: ne expꝛo
betis ei/ſ ſit inter vos q̃ſi indigena: et dili/

getis eū q̄ſi voſmetipſos:fuiſtis eñ et vos
aduenę i terra egypti. Ego dñs deꝰ vr̄. No
lite facere aliq̄d iniquū i iudicio/in regula/
in pondere/in mēſura. Statera iuſta et eq̄
ſint pōdera:iuſtus modius/ equuſq;/ſexta/
rius. Ego dñs deꝰ veſter:q̄ eduxi vos de ter
ra egypti:cuſtodite oīa precepta mea ⁊ vni/
uerſa iudicia/et facite ea. Ego dominꝰ. Lo/
Leuit.20. cutuſq; ē dñs ad moyſen dicēs: Hęc loque/
ris filiis iſrael. Hō de filiis iſrael/⁊ de adue/
nis q̄ habitant in iſrael: ſi q̄s dederit de ſe/
mine ſuo idolo moloch/morte moriat̄:ppl's
terrę lapidabit eū:et ego ponā faciē meā ꝯ
illū:ſuccidāq; eū de medio populi ſui:eo ꝙ
de ſemine ſuo dederit moloch/⁊ cōtamina/
uerit ſanctuariū meū/⁊ polluerit nomē ſan/
ctum meū. Q; ſi negligēs pplus terrę et q̄ſi
paruipendēs imperiū meū/dimiſerit homi
nem q̄ dedit de ſemine ſuo moloch:nec vo/
luerit eū occidere:ponā faciē meā ſup homi
nē illū ⁊ cognationē eiꝰ:ſuccidāq; ⁊ ipſum ⁊
oēs qui cōſenſerūt ei/vt fornicarent̄ cū mo
loch / de medio ppl'i ſui. Aia q̄ declinauerit
ad magos ⁊ hariolos / et fornicata fuerit cū
eis:ponā faciē meā cōtra eā/⁊ interficiā illā
de medio ppl'i ſui. Sctificamini ⁊ eſtote ſcti:
q; ego ſctūs ſum dñs deꝰ veſter. Cuſtodite
p̄cepta mea et facite ea: Ego dñs q̄ ſctifico
vos. Qui maledixerit patri ſuo/aut matri:
morte moriat̄. Pr̄i matriq; q̄ maledixit:ſan
guis eiꝰ ſit ſup eū. Si męchatꝰ fuerit vir cum
vxore alterius/⁊ adulteriū ꝑpetrauerit cum
cōiuge ꝓximi ſui:morte moriant̄ ⁊ męchus
et adultera. Qui dormierit cū nouerca ſua
⁊ reuelauerit ignominiam patris ſui/morte
moriant̄ ambo:ſanguis eoꝝ ſit ſup eos. Si
q̄s dormierit cum nuru ſua/ vterq; moriat̄:
q; ſcelus opati ſūt:ſanguis eoꝝ ſit ſup eos.
Qui dormierit cū maſculo coitu femineo:
vterq; opatus ē nefas: morte moriant̄:ſan/
guis eoꝝ ſit ſup eos. Qui ſupra vxorē filiā
duxerit matrē eiꝰ:ſcelus opatus ē:viuus ar
debit cum eis:nec ꝑmanebit tantū nefas in
medio veſtri. Qui cū iumēto ⁊ pecore coie/
rit/ morte moriat̄: pecꝰ q̄q; occidite. Mulier
q̄ ſuccubuerit cuilibet iumēto/ſimul interfi/
cietur cum eo:ſanguis eoꝝ ſit ſup eos. Qui
acceperit ſororē ſuā/filiā patris ſui/vel filiā
matris ſuę:⁊ viderit turpitudinē eius/illaq;
conſpexerit fratris ignominiā: nefariā rem
opati ſunt:occident̄ in cōſpectu populi:eo
ꝙ turpitudinem ſuā mutuo reuelauerint: ⁊
portabunt iniq̄tatē ſuā. Qui coierit cū mu/
liere in fluxu menſtruo/ ⁊ reuelauerit turpi/
tudinē eiꝰ/ipſaq; aperuerit fontē ſanguinis
ſui:interficient̄ ambo de medio populi ſui.

Turpitudinē materterę ⁊ amitę tuę nō diſ/
coopeties. Qui hoc fecerit ignominiā car/
nis ſuę nudabit: portabūt ambo iniquita/
tem ſuā. Qui coierit cum vxore patrui vel
auūculi ſui/⁊ reuelauerit ignominiā cogna
tionis ſuę:portabūt ambo peccatuz ſuum:
abſq; liberis morient̄. Qui duxerit vxorem
fratris ſui/rem facit illicitā:turpitudinē fra
tris ſui reuelauit:abſq; filiis erūt. Et i alio
loco. Vir ſiue mulier in q̄bus phytonicꝰ vel Leuit.20.d.
diuinationis fuerit ſpūs/morte moriant̄:la
pidibꝰ obruēt eos: ſanguis eoꝝ ſit ſup illos
Itēq; in alio loco/cū de ſūmo ſacerdote lo
queret̄. Virginē inq̄t ducet vxorē: viduā et Leuit.21.c.
repudiatā/⁊ ſordidā atq; meretricē nō acci/
piet:ſed puellā de ppl'o ſuo:ne cōmiſceat ſtir
pem generis ſui / vulgo gētis ſuę: quia ego
dñs q̄ ſanctifico eū. Et poſt multa. Hō qui Leuit.24.c.
maledixerit deo ſuo portabit peccatū ſuū:
Et q̄ blaſphemauerit nomē dñi/morte mo/
riat̄:lapidibꝰ opprimet eū oīs multitudo:ſiue
ille ciuis/ ſiue ꝑegrinꝰ fuerit. Qui blaſphe/
mauerit nomē dñi:morte moriat̄. Qui per/
cuſſerit et occiderit hominē: morte moriat̄.
Qui ꝑcuſſerit aīal/reddat vicariū.i.aiam ꝓ
aīa. Qui irrogauerit maculā cuilibet ciuiū
ſuoꝝ:ſicut fecit/fiat ei:fracturā ꝓ fractura:
oculū pro oculo: dentē pro dente reſtituet:
Qualē inflixerit maculā/talē ſuſtinere co/
getur. Qui ꝑcuſſerit iumentū:reddet aliud.
Qui ꝑcuſſerit hominē:puniet̄. Equū iudi/
ciū ſit inter vos/ſiue ꝑegrinꝰ/ſiue ciuis pec/
cauerit:q; ego ſum dñs deꝰ veſter. Et poſt
aliquantū. Nō facietis vobis idolū ⁊ ſculpti Leuit.26.a.
le: nec titulos erigetis :nec in ſignum lapi/
dem ponetis in terra veſtra vt adoretis eū.
Ego enim ſum dominus deus veſter. Hęc
de leuitico.

Nunc de libro cuius nomen eſt Numeri: que viſa ſunt commemoranda ponemus.

Homo cū mor/ Nume.27.b.
tuus fuerit abſq; filio: ad fi/
b liam eiꝰ tranſibit hereditas:
Si filiā non habuerit:habe/
bit ſucceſſores fratres ſuos.
Q; ſi ⁊ frēs nō† habuerit/dabit̄ hereditatē Al.†fuerint
fratribꝰ patris eiꝰ. Sinautem nec patruos
habuerit:dabit̄ hereditas his qui ei ꝓximi
ſunt:eritq; hoc filiis iſrael ſcd'm lege ꝑpetua
ſicut p̄cepit dñs moyſi. Et poſt multa. Ad Numeri.35.d
vnius teſtimoniū/nullus cōdēnabit̄. Non
accipietis p̄ciū ab eo q̄ reus eſt ſanguinis.
Hęc de Numeris.

Deuteronomium deinceps con
ſiderabimus.

Deut.1.c. Nulla erit di
ſtātia pſonaꝝ: Ita paruū
audietis vt magnū: nec
accipietis cuiuſq; pſonā:
q2 dei iudiciū eſt. Et plu
rimis interpoſitꝭ/ vbi de/
Deut.4.c. calogū repetit: Cuſtodite igiť ſollicite ani/
mas veſtras. Nō vidiſtis aliquā ſimilitudi
nem in die ꝗ locutus eſt dn̄s vobis in oreb
de medio ignis: ne forte decepti faciatis vo
bis ſculptā ſimilitudinē: aut imaginē ma/
ſculi vel feminę/ ſimilitudinē omniū iumen
torum ꝗ ſunt ſuꝑ terrā: ſiue piſciū ꝗ ſub ter/
ra moranť in aquis: ne forte oculis eleuatis
ad cęlū videas ſolē ⁊ lunā/ ⁊ oīa aſtra cęli: et
errore deceptus adores ⁊ colas quę creauit
dn̄s deus tuus in miniſteriū cunctis genti/
Ibidem.d. bus ꝗ ſub cęlo ſunt. Et paulopoſt. Caue
inqt ne qn̄ obliuiſcarꝭ pacti dn̄i dei tui / qđ
pepigit tecū: et facias tibi ſculptā ſimilitu/
dinem eorū quę fieri dn̄s prohibuit: Quia
dn̄s deus tuus ignis cōſumēs eſt: de⁹ ęmu/
Deut.5.a. lator. Et alio loco. Nō habebis deos alie/
Exo.20.a. nos in cōſpectu meo. Nō faciēs tibi ſculpti
le: nec ſimilitudinē omniū quę in cęlo ſunt
deſuꝑ / et ꝗ in terra deorſum: ⁊ quę verſanť
in aquis ſb terra: Nō adorabis ea/ neq; co/
les. Ego eñ ſum dn̄s deus tuus: de⁹ ęmula
tor/ reddens iniquitatē patrum in filios in
tertiā ⁊ quartā generationē/ his ꝗ oderunt
me: ⁊ faciēs miſericordiā in multa milia di/
ligentib⁹ me ⁊ cuſtodientibus ꝓcępta mea.
Non vſurpabis nomen dn̄i dei tui fruſtra:
quia nō erit impunitus qui ſuꝑ re vana no
Ibidem.b. men eius aſſumpſerit. Et poſt paululum.
Honora inqt patrē tuū ⁊ matrem/ ſicut ꝓcę/
pit tibi dn̄s de⁹ tuus: vt longo viuas tp̄e: ⁊
bene ſit tibi in terra quā dn̄s deus tuus da/
turus eſt tibi. Non occides: neq; męchabe/
ris: furtūq; non facias: nec loqueris contra
ꝓximū tuū falſum teſtimoniū. Non concu
piſces vxorē ꝓximi tui: nō domū/ nō agrū/
nō ſeruū/ non ancillā/ non bouē/ non aſinū/
⁊ vniuerſa ꝗ illius ſunt. Et alibi in eodem
Deut.6.a. libro. Diliges dn̄m deum tuū ex toto corde
tuo/ ⁊ ex tota anima tua/ ⁊ ex tota fortitudi/
Ibidem.b. ne tua. Et paulopoſt. Cū comederis et ſa/
turatus fueris / caue diligēter ne obliuiſca/
ris dn̄i: qui eduxit te de terra ęgypti de do/
mo ſeruitutis. Dominū deū tuū timebis/ ⁊
ipſi ſoli ſeruies: ac per nomē illius iurabis.
Non ibitis poſt deos alienos cunctarum
gentiū quę in circūitu veſtro ſunt: quoniam
deus ęmulator/ dn̄s de⁹ tuus in medio tui:
ne qn̄ iraſcať furor dn̄i dei tui cōtra te/ ⁊ au
ferat te de ſuperficie terrę. Non temptabis
dominū deum tuū. Item paulopoſt/ cū de Deut.7.a.
alienigenis loquiť. Neq; ſociabis cum eis
cōiugia. Filiā tuā non dabis filio eius: nec
accipies filiā illius filio tuo/ quia ſeducit fi/
lium tuū ne ſequať me/ et vt magis ſeruiat
dijs alienis: iraſceturq; furor dn̄i/ et delebit
te cito. Quin potius hęc facietis eis: Aras
coꝝ ſubuertite: confringite ſtatuas: lucoſq;
ſuccidite: ⁊ ſculptilia cōburite. Et poſt ali/ Ibidem.d.
quantū. Sculptilia eorū igne cōbures. Nō
cōcupiſces argentū ⁊ aurū de quibus facta
ſūt: neq; aſſumes ex eis tibi quicq;/ ne offen
das: ꝓpterea / q2 abominatio ē dn̄i dei tui.
Nec inferas quippiā ex idolo in domū tuā:
ne fias anathema/ ſicut et illud eſt. Quaſi
ſpurcitiā deteſtaberis/ ⁊ velut inquinamen
tum ac ſordes abominatiōi habebis: quia
anathema eſt. Et alio in loco: Obſerua et Deut.8.c.
caue ne quando obliuiſcaris dn̄i dei tui: et
negligas mandata eius / atq; iudicia et cę/
rimonias quas ego pręcipio tibi hodie: ne
poſtq; comederis ⁊ ſatiatus fueris/ domos
pulchras ędificaueris ⁊ habitaueris in eis:
habuerisq; armenta et ouiū greges/ argen/
ti et auri cunctarūq; rerū copiā: eleueť cor
tuū/ et nō reminiſcaris dn̄i dei tui. Et poſt Ibidem.d.
paucos verſus: Ad extremū inquit miſert⁹
eſt tui/ ne diceres in corde tuo: Fortitudo
mea et robur man⁹ meę hęc mihi oīa ꝓſtite/
rūt: ſꝫ recorderis dn̄i dei tui/ q2 ipſe tibi vires
ꝓbuerit. Et poſt aliquantū. Ut ipſi come/ Deut.11.b.
datis ac ſaturemini: Cauete ne forte deci/
piať cor vr̄m: ⁊ recedatis a dn̄o deo/ ſeruia/
tiſq; dijs alienis et adoretis eos: iratuſq;
dn̄s claudat cęlū. Et poſt aliquātū. Sub/ Deut.12.a.
uertite oīa loca in ꝗb⁹ coluerūt gētes/ quas
poſſeſſuri eſtis/ deos ſuos ſuper mōtes ex/
celſos ⁊ colles ⁊ ſuꝑ oē lignū frondoſum.
Diſſipate aras eorū et confringite ſtatuas:
lucos igne cōburite/ ⁊ idola cōminuite: diſ/
perdite nomina eoꝝ de locis illis. Et qui/ Ibidem.d.
buſdam interpoſitis/ cū de alienigenis lo/
quereť. Caue ne imiteris eas poſtq; te fue/
rint introeunte ſubuerſę/ ⁊ requiras cerimo
nias earum/ dicens: Sicut coluerūt gentes
iſtę deos ſuos: ita et ego colā. Non facies
ſimiliter dn̄o deo tuo. Oēs abominatio/
nes/ quas auerſatur dn̄s/ fecerūt dijs ſuis:
offerētes filios et filias ⁊ comburētes igni.
Qđ ꝓcipio tibi/ hoc tm̄ facito dn̄o: nec ad/
das qcq;/ nec minuas. Si ſurrexerit in me/ Deut.13.a.
dio tui ꝓphetes: aut qui ſomniū vidiſſe ſe
dicat: et ꝓdixerit ſignū atq; portentū: ⁊ ve/

nerit qđ locut⁹ eſt: ⁊ dixerit tibi: Eam⁹ et ſe/
quamur deos alienos quos ignoras / ⁊ ſer/
uiamus eis: non audias verba ꝓphete illi⁹/
aut ſomniatoris: qꝛ tēptat vos dñs de⁹ ve/
ſter: vt palā fiat / vtrū diligatis eū / an nō in
toto corde ⁊ in tota aīa veſtra. Dñm deum
veſtrū ſeqmini / ⁊ ipſū timete: mandata illi⁹
cuſtodite: et audite vocē ei⁹: ipſi ſeruietis et
ipſi adherebitis. Propheta autē ille aut fi/
ctor ſomniorꝝ interficiet: qꝛ locut⁹ ē vt vos
auerteret a dño deo veſtro: q̄ eduxit vos de
terra egypti / ⁊ redemit de domo ſeruitutis:
vt errare te faceret de via / quā tibi p̄ceperat
dñs deus tuus: ⁊ auferes malum de medio
tui. Si tibi voluerit pſuadere frater tuus / fi
lius matris tue / aut fili⁹ tuus / vel filia ſiue
vxor q̄ eſt in ſinu tuo: aut amicus quē dili/
Al. ⁊ ſeruiam⁹ dijs alienis gis vt aīam tuā / clā dicēs: Eam⁹ et ⁊ ſequa/
mur deos alienos / q̄s tu ignoras / et patres
tui cunctarū in circuitu gentiū / q̄ iuxta vel
ꝓcul ſunt ab initio vſqꝫ ad fines terre: non
acq̄eſcas ei / neqꝫ audias: neqꝫ parcat ei ocu
lus tu⁹ vt miſerearis ⁊ occultes eū: ſꝫ ſtatim
interficies. Sit p̄us man⁹ tua ſup eū: et poſt
te oīs pplꝯ mittat manū: lapidib⁹ obrutus
necabit qui te voluit abſtrahere a dño deo
Deut. 14. a. tuo. Et poſt paululū. Nō vos incidet̄ nec
facietis caluiciū ſup mortuo: qm̄ ꝑplꝯ ſanct⁹
Deut. 15. b es dño deo tuo. Et alio loco: Si vnus in/
quit de fratrib⁹ tuis / q̄ moraſ intra portas
ciuitatis tue / in terra quā dñs de⁹ tuus da/
turus ē tibi / ad paupertatē venerit: nō obdu/
rabis cor tuū: nec contrahes manū / ſꝫ apies
eā pauperi: ⁊ dabis mutuū q̄ eum indigere
perſpexeris. Caue ne forte ſurripiat tibi im/
pia cogitatio / ⁊ dicaſ in corde tuo: appropin
quat ſeptim⁹ annus remiſſionis: ⁊ auertas
oculos a paupe fratre tuo / nolens ei qđ po/
ſtulat mutuū cōmodare: ne clamet ꝯ te ad
dñm / ⁊ fiat tibi in peccatū: ſꝫ dabis ei. Nec
ages q̄ppiā callide in ei⁹ neceſſitatib⁹ ſuble/
uandis: vt bñdicat tibi dñs de⁹ tu⁹ in omni
tpe / ⁊ in cūctis ad q̄ manū miſeris. Nō de/
erunt paupes in terra habitationis tue: id
circo ego p̄cipio tibi vt aperiaſ manū fratri
tuo egeno et paupi q̄ tecū v̄ſaſ in terra. Et
Deut. 16. d. poſt aliquantū. Iudices ⁊ magiſtros cōſti/
tues in oīb⁹ portis tuis / q̄s dñs de⁹ tuus
dederit tibi / p ſingulas trib⁹ tuas: vt iudi/
cent ꝑplꝯ iuſto iudicio: nec in alterā partem
declinēt. Non accipias pſonā / nec munera:
qꝛ munera excecant oculos ſapientū ⁊ mu
tant verba iuſtorꝝ. Iuſte qđ iuſtū eſt perſe/
queris / vt viuas ⁊ poſſideas terrā quā dñs
Ibidem. de⁹ tu⁹ dederit tibi. Et poſt pauca. Nō fa/
cies tibi atqꝫ ꝯſtituas ſtatuā: que odit dñs

deus tuus. Itē poſt pauca. Cū reperti fue Deut. 17. a
rint apud te intra vnā portarū tuarū quas
dñs de⁹ tuus dabit tibi / vir aut mulier qui
faciāt malū in ꝯſpectu dñi dei tui / ⁊ trāſgre
diantur pactū illi⁹: vt vadant ⁊ ſeruiāt dijs
alienis / et adorent eos: ſolē et lunā ⁊ omnē
militiā celi q̄ nō p̄cepit: et h̄ tibi fuerit nun/
ciatū: audienſqꝫ inq̄ſieris diligēter / et verū
eſſe reperceris / ⁊ abominatio facta eſt in iſrł:
educes virū ac mulierē qui rem ſceleratiſſi/
mā ppetrauerūt / ad portas ciuitatis tue: ⁊
lapidibus obruenſ. In ore duorū aut triū
teſtiū peribit q̄ interficietur: Nemo occidaſ
vno ꝯ ſe dicente teſtimoniū. Man⁹ teſtium
p̄ma interficiat eū / ⁊ man⁹ reliqui populi ex
trema mittatur / vt auferas malū de medio
tui. Itē poſt aliquātū. Qui aūt ſupbierit Ibidem. c.
nolens obedire ſacerdotis imperio / q̄ eo tē/
pore miniſtrat dño deo tuo / ⁊ decreto iudi/
cis moriaſ hō ille / et auferes malū de iſrael:
cunctuſqꝫ pplus audiēs timebit / vt nullus
deinceps intumeſcat ſupbia. Et poſt q̄dā Deut. 18. b
interpoſita cum de alienigeniſ admoneret.
Caue inquit ne imitari velis abominatio/
nes illarū gētiū: nec inueniaſ in te q̄ luſtret
filiū ſuū / aut filiā ducēs p ignē: aut q̄ hario/
los ſciſciteſ / et obſeruet ſomnia atqꝫ augu/
ria: nec ſit malefic⁹ / nec incātator / neqꝫ phy/
tones cōſulas nec diuinos ⁊ queras a mor/
tuis v̄itatē: Oīa eñ hec abominabiſ dñs.
Et poſt aliquantū. Nō ſtabit teſtis vn⁹ ꝯ Deut. 19. d
aliquē / q̄cq̄d illō pcti ⁊ facinoris fuerit: ſꝫ in
ore duorū aut triū teſtiū ſtabit oē verbū.
Si ſteterit teſtis mēdax cōtra hominē / accu
ſans eū p̄uaricationis: ſtabūt ambo quorū
cauſa eſt ante dñm in cōſpectu ſacerdotum
⁊ iudicū / q̄ fuerint in diebus illis. Cūqꝫ dili/
gentiſſime pſcrutantes inuenerint falſū te/
ſtem dixiſſe cōtra fratrē ſuum mendacium:
reddēt ei ſicut fratri ſuo reddere cogitauit:
⁊ auferes malū de medio tui / vt audientes
ceteri timorē habeant: et nequaq̄ talia au/
deant facere. Nō miſereberis ei⁹ / ſed animā
ꝓ anima / oculū ꝓ oculo / dentē pro dente /
manū ꝓ manu / pedē ꝓ pede exiges. Et ali Deut. 21. d
bi in eodē libro. Si genuerit hō filiū contu/
macē ⁊ ꝓteruū / q̄ nō audiat pris ac matris
imperiū: ⁊ coercit⁹ obedire cōtempſerit: ap/
prehendēt eū / ⁊ deducēt ad ſeniores ciuita
tis illi⁹ ⁊ ad portā iudicij: dicentqꝫ ad eos:
Fili⁹ noſter iſte ꝓteruus ⁊ cōtumax ē: moni/
ditores tñ/fallentes voſmetipſos:qꝛ ſi qs au/
ditoꝛ eſt verbi et non factoꝛ: hic comparabiꝶ
viro ꝯſideranti vultũ natiuitatꝭ ſuę in ſpeculo:
Conſiderauit enĩ ſe et abijt/ꝛ ſtatim oblitꝰ eſt
qualis fuerit.Qui autẽ pſpexerit in lege perfe
ctę libertatis:et pmanſerit/non auditoꝛ obli/
uioſus factꝰ/ſed factoꝛ opis:hic beatꝰ in facto
ſuo erit.Si qs autẽ putat ſe religioſũ eſſe non
refrenãs linguã ſuã/ſed ſeducẽs coꝛ ſuũ : huiꝰ
vana eſt religio.Religio mũda ꝛ immaculata
apud deum ꝛ patrẽ hęc eſt:viſitare pupillos ꝛ
viduas in tribulatione eoꝝ:ꝛ imaculatũ ſe cu
Jacob.1.a. ſtodire ab hoc ſęculo. Fratres mei nolite i p/
ſonarũ acceptione habere fidẽ dñi noſtri ieſu
chriſti gloriꝫ. Et poſt aliquos ꝟſus. Audite
fratres mei dilectiſſimi:Nõne deꝰ elegit pau/
peres in hoc mundo/diuites in fide ꝛ heredes
regni qđ repromiſit deꝰ diligẽtibꝰ ſe?Uos aũt
exhonoraſtis pauperẽ:Nonne diuites per po
tentiã opprimũt vos/ꝛ ipſi trahũt vos ad iudi
cia?Nõne ipſi blaſphemant bonũ nomen:qđ
inuocatũ ẽ ſup vos?Si tñ legẽ pficitis regalẽ
Leuit.19.c. ſcḋm ſcripturas:Diliges ꝓximũ tuũ ſicut teipſũ:
bene facitis:Si aũt pſonas accipitis:peccatũ
opamini/redarguti a lege quaſi trãſgreſſores.
Jacob.2.c. Et poſt paucos ꝟſus. Judiciũ enĩ ſine miſe/
ricordia illi qui nõ facit miſericordiã: Super/
altet autẽ miſcḋia iudicio. Et poſt aliquãtũ.
Jaco.3.a. Nolite plures magiſtri fieri frẽs mei:ſcientes
qm̃ maius iudiciũ ſumitꝭ. In multis enĩ offen
dimus oẽs.Si qs in verbo nõ offendit/hic p/
fectus eſt vir.Poteſt enĩ freno circũducere to/
Jbidem.b. tum corpus. Et alio loco. Linguã autẽ nul/
lus hominũ domare põt:Inquietũ malũ:ple
na veneno mortifero.In ipſa benedicimꝰ deũ
ꝛ patrẽ:et in ipſa maledicimꝰ hoĩes/q ad ſimi/
litudinẽ dei facti ſũt.Ex ipſo oꝛe ꝓcedit bene/
dictio et maledictio : Nõ opoꝛtet frẽs mei hęc
Jbidem.c. ita fieri. Et poſt paucos ꝟſus.Quis ſapiẽs ꝛ
diſciplinatꝰ intꝭ vos:oſtdat ex bona ꝯuerſatiõe
operã ſuã in mãſuetudine ſapiẽtię .Q ſi ȥelũ
amarũ habetis:et cõtentiones ſunt in coꝛdibꝰ
vr̃is:nolite gloꝛiari et mẽdaces eſſe aduerſus
ꝟitatẽ.Nõ eſt enĩ iſta ſapiẽtia deſurſũ deſcen/
dẽs:ſ terrena/aĩalis/diabolica.Ubi enĩ ȥelus
ꝛ cõtentio/ibi incõſtantia ꝛ oĩe opus prauũ.
Quę autẽ deſurſum eſt ſapiẽtia:primũ qdem
pudica eſt/ deinde pacifica/ modeſta/ſuadibi/
lis/bonis conſentiens: plena miſericoꝛdię: et
fructibus bonis:dijudicans ſine ſimulatione.
Fructꝰ autẽ iuſticię in pace ſeminaꝶ/facientibꝰ
Jacob.4.a. pacẽ. Unẽ bella et lites in vobis?Nõne ex con
cupiſcentijs veſtris q militãt in membꝛis ve/
ſtris? Itẽ poſt paucos verſus.Petitis et nõ
accipitis/eo q male petatis: vt in cõcupiſcen/
tijs veſtris inſumatis. Adulteri/neſcitis quia
amicitia huiꝰ mundi inimica eſt dei? Quicũq
ergo voluerit amicus eſſe huiꝰ ſeculi/inimicus
dei cõſtituiꝶ. Et paulopoſt. Propter qđ di/ Jbidem b.
cit:Deꝰ ſupbis reſiſtit/humilibꝰ autẽ dat gra/ Prouer.3.a.
tiã.Subditi ḡ eſtote deo:reſiſtite autẽ diabo/
lo/et fugiet a vobis: Appropinqte aũt deo/et
appropinqbit vob.Emũdate manꝰ pctõꝛes:et
purificate coꝛda duplices animo.Miſeri eſto/
te/et lugete ꝛ ploꝛate.Riſus veſter verteꝶ i lu/
ctum:et gaudiũ in merorẽ.Humiliamini in cõ/
ſpectu dñi/et exaltabit vos. Nolite detrahere
alterutrũ fratres. Et poſt paucos ꝟſus.Unꝰ Jbidem.c.
eſt legiſdatoꝛ et iudex/ q poteſt pdere et libera
re.Tu autẽ qs es q iudicas ꝓximũ? Ecce nũc
qui dicitis:hodie aut craſtino ibimꝰ i ciuitatẽ
illã:et faciemꝰ ibi qdẽ annũ/et mercabimur:ꝛ
lucrũ faciemꝰ:qui ignoratꝭ qđ erit in craſtinũ.
Quę ẽ enĩ vita vr̃a?Uapoꝛ eſt ad modicũ pa
rẽs:deinceps exterminabiꝶ:Pro eo vt dicatꝭ:
ſi dñs voluerit:et ſi vixerimꝰ/ faciemꝰ hoc/aut
illud.Nunc autẽ exultatis in ſupbijs veſtris.
Oĩs exultatio talis maligna eſt . Scienti igiꝶ
bonũ facere ꝛ nõ faciẽti/pctm̃ ẽ illi. Age nũc Jacob.5.a.
diuites/ploꝛate vlulantes in miſerijs quę ad/
uenient vobis.Diuitię veſtrę putrefactę ſunt:ꝛ
veſtimẽta veſtra a tineis comeſta ſunt . Aurũ
et argentũ veſtrũ eruginauit:et erugo eoꝛũ in
teſtimonium vobis erit/ꝛ manducabit carnes
veſtras ſicut ignis.Theſauriȥaſtis in nouiſſi/
mis diebꝰ.Ecce merces operarioꝛũ q meſſuerꝶ
regiones veſtras/q fraudati ſunt a vobis/cla/
mant: et clamoꝛ ipſoꝛũ in aures dñi ſabaoth
introijt.Epulati eſtis ſup terram:ꝛ in luxurijs
enutriſtis coꝛda veſtra.In die occiſiõis addu/
xiſtis/occidiſtꝭ iuſtũ/ꝛ nõ reſtitit vob.Patien/
tes igiꝶ eſtote fratres vſq ad aduentum dñi.
Et paulopoſt.Patientes eſtote: et vos cõfir Jbidem.b.
mate coꝛda vr̃a:qm̃ aduentꝰ dñi appropinqua
bit.Nolite ingemiſcere frẽs in adulterutrũ: vt
nõ iudicemini. Et alio loco.Añ oĩa frẽs mei: Jbidem.c.
nolite iurare/neq p celũ/neq p terrã/neq ali/
ud qđcũq iuramentũ.Sit autẽ ſermo veſter: Matth.5.f.
eſt/eſt:nõ/nõ:vt nõ ſub iudicio decidatis.Tri
ſtatur aliquis veſtrũ:oꝛet ęquo animo:ꝛ pſal
lat:Infirmaꝶ quis in vobis:inducat pſbyte/
ros eccleſię / et oꝛent ſup eum:vngentes eum
oleo i nomine dñi:Et oꝛatio fidei ſaluabit in/
firmũ/ꝛ alleuabit eum dñs:etſi in peccatꝭ ſit/
remittenꝶ ei.Confitemini ergo alterutrũ pec/
cata veſtra: et oꝛate pꝛo inuicẽ vt ſaluemini.
Multum enĩ valet depꝛecatio iuſti aſſidua.
Et poſt aliqs ꝟſus.Frẽs mei/ſi qs ex vobis Jbidem.d.
errauerit a veritate/ꝛ cõuerterit quis eũ:ſcire
debet/qm̃ q cõuerti fecerit peccatoꝛẽ ab erro/
re vię ſuę/ſaluabit animã eiꝰ a moꝛte:et operit
multitudinẽ peccatoꝝ.

De epiſtola prima iohannis:

i.Joh.1.c. **J dixerimus**
qm̄ ſocietatē habemꝰ cū eo/⁊ in
tenebris ambulamꝰ/mentimur
et veritatē nō facimꝰ. Si aūt in
luce ambulamꝰ/ſicut et ipſe in luce eſt: ſocie
tatē habemꝰ adinuicē/⁊ ſanguis ieſu chriſti
filij eiꝰ emūdat nos ab oī pctō. Si dixerimꝰ
qm̄ pctm̄ nō habemꝰ: ipſi nos ſeducimus/⁊
veritas in nobis nō eſt. Si ꝯfiteamur pctā
nr̄a: fidelis ⁊ iuſtꝰ eſt vt remittat nobis pctā
nr̄a/⁊ emūdet nos ab omni iniqtate. Si di
i.Joh.2.a. xerimꝰ/qm̄ nō peccauimꝰ: mēdacē fecimꝰ eū
⁊ verbū eiꝰ nō eſt in nobis. Filioli mei hec
ſcribo vobis vt nō peccetis: Sȝ ⁊ ſi qs pec/
cauerit/aduocatū habemꝰ apud patrē ieſū
chriſtū iuſtū: ⁊ ipſe eſt ꝓpitiatio ꝓ peccatis
nr̄is: nō ꝓ nr̄is autē tm̄/ſ; etiā ꝓ totiꝰ mūdi.
Et in hoc ſcimꝰ qm̄ cognouimus eū/ſi man/
data eius obſeruemꝰ. Qui dicit ſe noſſe eū
⁊ mādata eius nō cuſtodit/mendax eſt: ⁊ in
hoc veritas non eſt. Qui autē ſeruat verbū
eius vere in hoc charitas dei pfecta eſt. In
hoc ſcimus quoniam in ipſo ſumus/ſi in eo
maneamus. Qui dicit ſe in illo manere/
debet ſicut ille ambulauit ⁊ ipſe ambulare.
Ibidem.b. Et poſt aliquos ꝟſus. Qui dicit ſe in luce
eſſe/⁊ fratrē ſuū odit: in tenebris eſt vſq; ad/
huc. Qui diligit frēm ſuū i lumine manet/⁊
ſcandalū in eo nō ē. Qui autē odit fratrem
ſuū/in tenebris eſt: ⁊ i tenebris ambulat/⁊
neſcit quo eat: qm̄ tenebre obcecauerūt ocu/
Ibidem.c. los eiꝰ. Et paulo poſt. Nolite diligere mū
dū/neq; ea q̄ in mūdo ſunt: qm̄ omne qd̄ ē
in mūdo/ꝯcupiſcētia carnis ē/⁊ ꝯcupiſcētia
oculoꝝ/⁊ ſupbia vite: q̄ nō eſt ex patre/ſ; ex
mūdo ē: ⁊ mūdus trāſit et cōcupiſcētia eiꝰ.
Qui autem facit voluntatem dei/manet in
eternum ſicut et deus manet in eternum.
Ibidem.d. Et alio loco. Omne mēdaciū nō ex verita
i.Joh.3.a. te eſt. Et poſt paululū. Chariſſimi nūc filij
dei ſumꝰ/⁊ nōdū apparuit qd erimꝰ. Scimꝰ
qm̄ cū apparuerit/ſimiles ei erimꝰ: qm̄ vide/
bimꝰ eū ſicuti eſt. Et omnis qui habet hanc
ſpem i eo ſanctificat ſe/ſicut ⁊ ille ſanctꝰ eſt.
Omnis q̄ facit peccatū/et iniquitatē facit.
Et peccatū eſt iniqtas. Et ſcitis/qm̄ ille ap/
paruit vt pctā tolleret/⁊ pctm̄ in eo nō eſt.
Omnis qui in eo manet/nō peccat: et om/
nis q̄ peccat non videt eū: nec cognouit eū.
Filioli/nemo vos ſeducat: Qui facit iuſti/
ciam/iuſtus eſt/ſicut et ille iuſtus ē. Qui fa
cit pctm̄/ex diabolo eſt: qm̄ ab initio diabo
lus peccat. In hoc apparuit filiꝰ dei/vt diſ/
ſoluat opa diaboli. Oīs q̄ natus eſt ex deo/
peccatū nō facit: qm̄ ſemē ipſiꝰ in eo manet/
et non poteſt peccare/qm̄ ex deo natus eſt.
In hoc manifeſtati ſunt filij dei/et filij dia/
boli. Oīs q̄ nō eſt iuſtus/nō eſt de deo: et q̄
nō diligit fratrē ſuū: Qm̄ hec ē annūciatio
quā audiſtis ab initio/vt diligatis alteru/
trum. Et poſt paucos verſus. Nolite mi/ Ibidem.d.
rari frēs/ſi odit vos mūdus. Nos ſcimꝰ/qm̄
tranſlati ſumꝰ de morte in vitā/qm̄ diligi/
mus fratres: Quoniā q̄ nō diligit/manet ī
morte. Oīs q̄ odit fratrē ſuū/homicida eſt.
Et ſcitis qm̄ oīs homicida n̄ habet vitā eter
nam in ſe manentē. In hoc cognouimꝰ cha
ritatē/qm̄ ille ꝓ nobis animā ſuā poſuit: et
nos debemꝰ pro fratribꝰ aīas ponere. Qui
habuerit ſubſtantiā mūdi/et viderit fratrē
ſuū neceſſitatem habere/⁊ clauſerit viſcera
ſua ab eo: quō charitas dei manet in eo? Fi
lioli mei/nō diligamꝰ verbo nec lingua/ſed
opere ⁊ veritate. In hoc cognoſcimꝰ/qm̄ ex
veritate ſumꝰ/et in cōſpectu eius ſuademꝰ
corda nr̄a: qm̄ ſi rep̄hendent nos cor nr̄m:
maior eſt deꝰ corde noſtro/et nouit omnia.
Chariſſimi/ſi cor nō reprehenderit nos/fi/
duciam habemꝰ ad deū: et q̄cq̄d petierimꝰ/
accipiemꝰ ab eo/qm̄ mandata eius cuſtodi/
mus/et ea que placita ſunt/corā eo facimꝰ.
Et hoc eſt mandatū eiꝰ/vt credamꝰ in noīe
filij eius ieſu chriſti: ⁊ diligamꝰ alterutrum/
ſicut dedit mādatū nobis. Et q̄ ſeruat mā/
data eiꝰ/in illo manet/⁊ ipſe in eo. Et in hoc
ſcimus qm̄ manet in nobis/de ſpiritu quē
nobis dedit. Chariſſimi/nolite oīm ſpiritui i.Joh.4.a.
credere: ſed probate ſpiritꝰ ſi ex deo ſint: qm̄
multi pſeudo ꝓphete exierūt in mūdū. In
hoc cognoſcitꝰ ſpiritus dei. Oīs ſpūs q̄ cōfi
tetur ieſum chriſtū in carne veniſſe/ex deo
eſt. Et omnis ſpiritus qui ſoluit ieſum/ex
deo nō eſt: ⁊ hic ē antichriſtꝰ: de q̄ audiſtis/
quoniā veniet: Nunc iā in mundo ē. Vos
ex deo eſtis filioli: ⁊ viciſtis eos/qm̄ maior
eſt q̄ in vobis eſt/q̄ȝ qui in mundo. Ipſi de
mūdo ſunt/ideo de mūdo loquunt: et mun
dus eos audit: Nos ex deo ſumꝰ. Qui nouit
deū/audit nos: qui nō eſt ex deo/nō audit
nos. In hoc cognoſcimꝰ ſpiritū veritatis/⁊
ſpiritū erroris. Chariſſimi/diligamꝰ inuicē:
qm̄ charitas ex deo eſt: Et oīs q̄ diligit/ex
deo natus ē/et cognoſcit deū: Qui nō dili/
git/non nouit deū: qm̄ deꝰ charitas eſt. Et
paulopoſt. Chariſſimi/ſi deꝰ dilexit nos: et Ibidem.d.
nos debemꝰ alterutrū diligere. Deū nemo
vidit vnq̄ȝ. Si diligamꝰ inuicem/deꝰ in no/
bis manet: et charitas eius in nobis perfe/
cta eſt. Itē paulopoſt. Quiſq̄s ꝯfeſſus fu/
erit/qm̄ ieſus eſt filiꝰ dei: deus in eo manet/
et ipſe in deo. Et nos cognouimꝰ ⁊ credidi/
mus charitati quā habet deꝰ i nobis. Deꝰ

charitas eſt: et q̄ manet in charitate/ in deo
manet/ et de⁹ in eo. In hoc ꝑfecta eſt chari/
tas dei nobiſcū/ vt fiduciā habeam⁹ in die
iudicij: qm̄ ſicut ille eſt/ ⁊ nos ſumus in hoc
mundo. Timor nō eſt in charitate: ſed per/
fecta charitas foras mittit timorem: qm̄ ti/
mor penā habet. Qui aūt nō timet/ eſt ꝑfe/
ctus in charitate. Nos ḡ diligam⁹ deū: qm̄
prior de⁹ dilexit nos. Si q̄s dixerit/ qm̄ dili/
go deum/ ⁊ fratrē ſuum oderit/ mendax eſt.
Qui em̄ nō diligit fratrē ſuū quē videt/ de/
um quem nō videt quō poteſt diligere? Et
hoc mandatū habem⁹ ab eo: vt qui diligit
1.Joh.5.a. deū/ diligat fratrē ſuū. Oīs q̄ credit quo/
niam ieſus eſt chriſtus/ ex deo natus eſt: et
omnis q̄ diligit eū q̄ genuit/ diligit et eū q̄
natus eſt ex eo. In hoc cognoſcim⁹/ qm̄ di/
ligim⁹ natos dei/ cū deū diligamus et man
data eius faciam⁹. Hec eſt em̄ charitas dei/
vt mandata ei⁹ cuſtodiam⁹: et mandata ei⁹
grauia nō ſunt: Quoniā omne qđ natū eſt
ex deo/ vincit mundū. Et poſt paululum.
Ibidem.c. Hec ē fiducia quā habemus ad deū: q̄r qđ/
cunq̄ petierim⁹ ſm volūtatē ei⁹ audit nos:
et ſcimus qm̄ audit nos. Et poſt tres ver/
Ibidem.d. ſus. Qui ſcit fratrē ſuū peccare peccatū nō
ad mortē/ petet: et dabit ei vitā peccantib⁹
nō ad mortē. Eſt peccatū ad mortē: nō pro
illo dico vt roget q̄s. Omnis iniq̄tas pecca
tum eſt: et eſt pctm̄ nō ad mortē. Scim⁹ qm̄
omnis qui natus eſt ex deo/ nō peccat: ſed
generatio dei cōſeruat eū: ⁊ malignus non
tangit eum. Et alio loco. Filioli/ cuſtodite
vos a ſimulacris.

De epiſtola eiuſdē ſecunda.

2.Joh.b. **On tamquam**

t mandatū nouum ſcribens tibi/
ſed qđ habuim⁹ ab initio: vt di/
ligam⁹ alterutrū: Et hec eſt cha/
ritas/ vt ambulem⁹ ſm mandata eius. Hoc
mandatū eſt: vt quemadmodū audiſtis ab
initio in eo ambuletis. Et poſt paucos ver/
Ibidem.c. ſus. Oīs q̄ recedit et nō ꝑmanet in doctri/
na chriſti/ deum nō habet: qui permanet in
doctrina/ hic et filiū ⁊ patrē habet. Si quis
venit ad vos/ ⁊ hanc doctrinā nō affert: no/
lite recipere eū in domū/ nec aue ei dixeri/
tis. Qui em̄ dicit illi/ aue/ cōmunicat ope/
ribus eius malignis.

De epiſtola eiuſdem tertia

3.Joh.b. **Hariſſime fide**

c liter facis q̄cq̄d operaris in frēs: et
hoc in ꝑegrinos: qui teſtimoniū
reddiderūt charitati tue in con/
ſpectu eccleſie: q̄s benefacies deducēs digne
deo: Pro noīe em̄ ei⁹ ꝓfecti ſūt nihil accipiē
tes a gentib⁹. Nos ḡ debem⁹ ſuſcipe hmōi:
vt cooperatores ſimus veritatis. Et poſt
paululū. Chariſſime/ noli imitari malū/ ſed
qđ bonū ē. Qui bene facit/ ex deo ē: q̄ male
facit non videt deum.

De epiſtola Jude apoſtoli.

Subintroierūt Jude.a.

ſ em̄ q̄dā hoīes/ qui olim ꝓſcripti
ſūt in hoc iudiciū impij/ dn̄i nr̄i
gratiā trāſferentes in luxuriā: ⁊
ſolū dominatorē ⁊ dn̄m nr̄m ieſū chriſtū ne/
gantes. Et paulopoſt. Hi ſunt in epulis Ibidem.c.
ſuis macule cōuiuātes: ſine timore ſemetip
ſos paſcentes. Et alio loco. Hi ſunt mur/ Ibidem.d.
muratores queruloſi/ ſm deſideria ſua am/
bulantes: et os eorum loquit̄ blaſphemiā/
mirantes perſonas queſtus cauſa. Uos au
tem chariſſimi memores eſtote verborū q̄
ꝓdicta ſunt ab aplis dn̄i nr̄i ieſu chriſti: q̄ di
cebant vobis: qm̄ in nouiſſimo tp̄e venient
illuſores: ſm deſideria ſua ambulantes in
impietate. Hi ſunt qui ſegregāt ſemetipſos
animales/ ſpm̄ nō habētes. Uos autē cha/
riſſimi/ ſuꝑedificātes voſmetipſos ſanctiſſi/
me nr̄e fidei in ſpūſctō orantes ipſos vos
in dilectione dei ſeruate: expectantes miſe/
ricordiā dn̄i nr̄i ieſu chriſti i vitā eternā. Et
hos q̄dē arguite iudicatos: illos vo ſaluate
de igne rapiētes. Alijs autem miſeremini
in timore: odientes ⁊ eam que carnalis eſt
maculatā tunicam.

De libro cuius nomen eſt Apo-calypſis iohannis.

Ihoīes immo

ſ quia hoīes intelligunt̄ moneri
cū angeli monent̄: in oīb⁹ eiſdē
ꝓceptis diſcim⁹ falſos frēs ꝑ pa
tientiā ſuſtinēdos ꝓpt nomē dei/ ⁊ ꝑ penitē
tiam ad ꝓma opa bona redeūdū/ et vſq̄ ad
mortē ꝑſecutiones ꝓ fide tolerādas: ⁊ i cha
ritate ſeruiēdū. Circa autē finē libri cū de Apoc.21.g.
ſctā ciuitate loqueret̄: Nō intrabit in eā
aliq̄d coinq̄natū/ ⁊ faciēs abominationē et
mēdaciū. Et alibi. Beati qui lauāt ſtolas Apoc.22.c.
ſuas in ſanguine agni: vt ſit poteſtas eorū
in ligno vite ⁊ portis intrēt ciuitatē. Foris
canes ⁊ venefici et impudici/ ⁊ homicide/ et
idolis ſeruientes: et oīs q̄ amat ⁊ facit men
daciū. Ego ieſus miſi angelū meū teſtifica/
ri vobis.

Sancti auguſtini hipponenſis epī/ liber
qui intitulatur Speculum/ explicit.

Diui aurelij auguſtini hipponē
ſis epi/liber de inqſitione trinita-
tis/ꝛ de alijs quibuſdam ſenten-
tijs/incipit. Interrogatio.

A Quomodo de⁹
q vere ſit vnitas ꝛ vere trinitas.
¶ Reſpōſio. Unitas in ſubſtā
tia/trinitas ī pſonis. ¶ Inter-
gatio. Quid ſit ꝓpꝛiū vniuſcuiuſq pſonę
in ſancta trinitate. ¶ Rñſio. Pꝛopꝛiū ē pa
tris ꝙ ſolus eſt pr̄:ꝛ ꝙ ab alio non eſt niſi a
ſe. Pꝛopꝛiū eſt filij/ ꝙ a pr̄e genitus eſt ſo/
lus a ſolo:coętern⁹ ꝛ cōſubſtātialis genito/
ri. Pꝛopꝛiū eſt ſpūſſancti/ꝙ nec ingenitus/
nec genitus ē:ſ a pr̄e ꝛ filio ęq̄liter ꝓcedēs.
¶ Interrogatio. Quare ſpūſſanct⁹ nō de/
bet ingenitus vel genit⁹ dici? ¶ Reſpōſio.
Quia ſi ingenit⁹ diceret ſic̄ pr̄/duo pr̄es: ſi
genit⁹/duo filij ęſtimari poſſent ī ſctā trini/
tate. ¶ Interrogatio. Utrū ſol⁹ pr̄/aut ſo/
lus fili⁹ aut ſolus ſpūſſctūs ꝑ ſe plen⁹ deus
ꝛ pfect⁹ dici debeat? ¶ Reſpōſio. Utiq pr̄
ꝑ ſe ē plen⁹ de⁹/ſilir ꝛ fili⁹ plen⁹ de⁹/ꝛ ſpūſſan
ctus plen⁹ de⁹ credit. ¶ Interrogatio. Si
vnaq̄q pſona ꝑ ſe plen⁹ de⁹ dici pōt:q̄re nō
tres deos dicimus pr̄em ꝛ filiū ꝛ ſpm̄ſctm̄?
¶ Reſpōſio. Quia vna ſubſtātia eſt pr̄ et
fili⁹ ꝛ ſpūſſāct⁹/ nō tres ſubſtātię. Pꝛoinde
vnitas ſubſtantię tres deos ꝓhibet dicere
vel credere. ¶ Intrrogatio. Dū tres pſonas
dicim⁹/ patrē ꝛ filiū ꝛ ſpm̄ſctm̄: q̄re nō tres
deos/ nec tres omnipotentes/ nec tres bo/
nos/nec tres magnos dicere fas ē? ¶ Re/
ſpōſio. Quia de⁹ ꝛ olpotēs ꝛ magn⁹ ꝛ bon⁹
ꝛ ętern⁹ ſubſtātialia noīa ſūt:ꝛ ad ſe dicūt:
ideo non licet ea plurali nūero dicere/ſ ſin/
gulari: Et om̄e nomē qḋ ſubam dei vl̄ eſſē/
tiā ſignificat/ſemp ſingulari nūero ꝓferen/
dū eſt: Pr̄ aūt ꝛ fili⁹ ꝛ ſpūſſāct⁹ relatiua ſūt
noīa:ꝛ iō tres pſonę recte dicunt. ¶ Inter/
rogatio. Quō relatiua? ¶ Rñſio. Scḋm
dialecticā/relatiua noīa ſūt q̄ ad aliḋ aliq̄d
referunt:ſicut dn̄s ad ſeruū:ꝛ ſeru⁹ ad dn̄m:
pater ad filiū:fili⁹ ad patrē. Pꝛoꝛſus cū di/
co patrē/filiū ſignifico:qꝛ nō eſt pr̄/niſi fili⁹
ſit cui ſit pr̄: Itē nō eſt fili⁹/niſi pr̄ ſit cui ſit
fili⁹. ¶ Interrogatio. Utrū ſpūſſanct⁹ rela
tiue vel ſubſtātialiter dicat? ¶ Reſponſio.
Utiq relatiue:qꝛ ſpūs alicui⁹ ſpūs ē: Sed
nō ſicut in pr̄e ꝛ filio relatiōis regula tenet
in eo. ¶ Intrrogatio. Quare ęq̄lē nō habet
relatiōis regulā ſpūſſanct⁹/ſicut pr̄ ꝛ fili⁹?
¶ Rñſio. Quia circūferri pōt patris ꝛ filij
nomē adinuicē: vt ſi dicam⁹: pr̄ filij pr̄/ ꝛ fi/
li⁹ pr̄is fili⁹: nō ita duplicē relatiōis circum
uerſionem in noīe ſctiſpūs inueniri poteſt.

¶ Intrrogatio. Qua neceſſitate accidit/ vt
ita nō circumferri poſſit ſpūſſancti relatio?
¶ Rñſio. Quia recte dicere poſſum⁹/ ſpm̄
ſctm̄ pr̄is ꝛ filij ſpm̄: ſ3 cōuerſo oꝛdine non
poſſum⁹ dicere / patrē ſpūſſancti: ſic̄ dicim⁹
patrē filij: ne duo filij in ſctā trinitate ęſti/
marent. Itē nō poſſum⁹ dicere/ filiū ſpūſſan
cti/ſicut dicim⁹ filiū pr̄is: ne duo pr̄es ī ſctā
trinitate intelligant. Dicim⁹ itaq ſpm̄ſctm̄
patris ꝛ filij ſine reciprocatione ꝯuerſionis
noīm relatiuoꝝ. ¶ Interrogatio. Utrū in B
ſepabilia ſint opa ſctē trinitatis? ¶ Rñſio.
Utiq q̄cq̄d opat trinitas ſctā / inſepabilit
hęc eadē opat: qꝛ vna eſt trinitatis opatio:
ſicut vna eſt ſuba/eēntia ꝛ volūtas. ¶ In-
terrogatio. Utrū ſctā trinitas in pſonis ſe/
parabilis ſiue inſepabilis dicēda eſt: dum
alius eſt pater/ ali⁹ filius/ali⁹ ſpūſſanctus?
¶ Rñſio. Uere ali⁹ ē pr̄ q̄ filius in pſona:
ſicut filius ali⁹ ē in pſona q̄ pr̄: ꝛ ſpūſſanct⁹
alius eſt in pſona q̄ pr̄ ꝛ filius: nō tm̄ aliud
ille vel ille in natura/ vel ī deitate/aut in eſ/
ſentia. Nec em̄ patrē potes dicere niſi filiū
intelligas: nec ſpm̄ſctm̄/niſi intelligas cui⁹
ſpūs ſit: Quocirca oīmodo inſepabilis eſt
ſctā trinitas/ſic in opib⁹/ſic etiā ī pſonis di/
cēda. ¶ Intrrogatio. Si ad ſolā pr̄is pſonā
ptineat qḋ dr: Qui facit mirabilia magna Pſ. 71.
ſol⁹. Et apl's: Qui ſol⁹ habet īmoꝛtalitatē? 1. timoth. 6. c.
¶ Rñſio. Nullaten⁹ ad ſolā patris pſonā
ptinet/dū dr ſolus de⁹/ſiue in nouo/ſiue in
veteri teſtamēto: ꝛ ꝙ de⁹ ſolus ſiue h ſiue
illud habeat vel faciat: ſ3 ad totā trinitatē
ſctā3/q̄ eſt vn⁹ de⁹ oīpotēs oīa faciēs q̄ ī cę/
lo ꝛ in terra. ¶ Intrrogatio. Quō btūs io/
hānes euāgeliſta dicit: Deum nemo vidit Ioh. 1. c.
vnq̄: Et ipē dn̄s in alio loco. Bti mūdo coꝛ Matth. 5. a.
de/qm̄ ipſi deū videbūt. Et apl's inuiſibilē 1. timoth. 1. d.
deū dic? ¶ Rñſio. Uideri em̄ pōt de⁹/ id ē
itelligi ſcḋm ſuę donū grę/ ſiue ab angelis/
ſiue ab aiab⁹ ſctōꝝ. Plenā vo diuinitat' na
turā /nec angel⁹ q̄libet /nec ſctōꝝ aliq̄s pfe
cte intelligere poterit: Ideo incōpꝛehēſibi/
lis dr de⁹. ¶ Interrogatio. Qꝛ ſctis ſum/
mū ꝓmittit p̄miū ętna dei viſio: an ęq̄liter
videbūt vl̄ intelligēt? ¶ Rñſio. Nullaten⁹
ęq̄liter oēs vel angeli vel alę ſctōꝝ deū/ vel
nūc vidēt/ vel poſt reſurrectionē videbūt: ſ
ſcḋm donatoꝛis diſpēſationē ꝛ meritoꝝ q̄/
litatē. Unuſq̄ſq tm̄ ſufficientē in ei⁹ viſione
ſuis meritis habebit btitudinē: nec pl⁹ q̄re/
re q̄ habebit: nec ſe minus habere q̄ volet
dolebit. ¶ Interrogatio. An aliq̄d diſtet
ī deo/ eē/ viuere/itelligere/poſſe? ¶ Rñſio.
Nullatenus aliud eſt in deo/eſſe/ aliud vi/
uere vel intelligere/ vel aliud poſſe: qꝛ deus
coipō q̄ ē/viuit: ꝛ eo q̄ viuit /intelligit: ꝛ eo

quo intelligit/pōt: ꝛ eo quo pōt/eſt: qꝛ ſim/
plex deitatis natura vnū habet eē/viuere/
intelligere/ꝛ oīa pōt. Sꝫ nō ita ē in nob: dū
aliud eſt in natura nr̃a viuere: aliud intelli/
gere: aliud poſſe: In deo vero hec oīa vnū
atqꝫ idē ſunt. ¶ Interrogatio. Utrū de fi/
lio ſicut dꝛ/lumē de lumine/deꝰ de deo: pōt
dici oīpotēs de oīpotēte/bonꝰ de bono/ma
gnꝰ de magno: ꝛ cętera talia? ¶ Rn̄ſio. Re
gularit̄ vtiqꝫ tenere debemꝰ/ꝙ oīa naturę
noīa ęq̄liter de filio dici p̄nt ſicut de p̄re .i.
ſicut dꝛ deꝰ de deo/lumē de lumine: ita dicē
dū eſt/oīpotēs de oīpotēte/bonꝰ de bono/
magnus de magno: ſꝫ non ita in relatiuis.
¶ Interrogatio. Sed quō in relatiuis no/
minibꝰ dicēdū ē? ¶ Rn̄ſio. Nō poſſumꝰ di/
cere verbū de verbo: qꝛ relatiuū nomen eſt
vbū/qō ſolꝰ eſt filius: ſicut dicimꝰ/deū de
deo/qō nō eſt ſolus filius: nec imaginē de
imagine/qꝛ ſolus eſt filꝰ imago: ſic dicimꝰ
lumē de lumine/qō nō ē ſolus filꝰ: qꝛ ſub/
ſtātiale nomē ē lumē. ¶ Interrogatio. Nū
quid aliud lumē eſt p̄r/ꝛ aliud filꝰ? ¶ Rn̄/
ſio. Neqꝫ aliud: ſꝫ vnū lumē eſt p̄r ꝛ filius/
ſicut vna ſubſtātia: Ideo recte dꝛ lumen de
lumine: ſicut deꝰ de deo. Sicut eīm vnꝰ ē deꝰ
C p̄r ꝛ filꝰ/ita vnū lumē. Interrogatio. Legi
1.Cor.1.d. mus ap̄lo dicēte/chꝛiſtū dei eſſe vtutē ꝛ dei
ſapiētiā: Nunq̄d p̄r nō habet in ſe ſapiam/
vel virtutē/niſi i filio quē ap̄ls ſapiaꝫ dei ꝛ
vtutē noīauit? ¶ Rn̄ſio. Plurimi ita arria
nā deſtruūt ipietatē: dicētes impiū eſſe cre
dere vnqꝫ deū patrē eſſe ſine ſua ſapia/aut
ſine ſua vtute. Sꝫ melius ē intelligere pa/
trē eſſe ſapiam ꝛ virtutē: immo et ſp̄mſctm̄
ſapiaꝫ ꝛ vtutē: non tn̄ tres vtutes/nec tres
ſapiētias: qꝛ ſapia ſubſtātiale nomē eſt/ſic
vtus: Nec aliud ē in deo eſſe/aliud ſapere/
aliud poſſe: ſ vnū eſt deo eſſe/ſapere/poſſe.
¶ Itrogatio. Utrū ad ſolā ſcti ſpūs ꝑſonā
n.Ioh.4.d. ꝑtineat charitas dū ap̄lus dicit: Deꝰ chari/
tas eſt: q̄ dilectio p̄ris ꝛ filij eē legit̄? ¶ Rn̄
ſio. Nullateñ ita ſpūſſctūs charitas intelli
git̄/q̄ſi nō ſit p̄r ꝛ filꝰ charitas. Sic ſpūſſan
ctus ē charitas: ita ꝛ p̄r ē charitas/ꝛ filꝰ eſt
charitas: nō tn̄ tres charitates: ſ vna chari/
tas: Sꝫ qꝛ ſpūſſctūs donū dei ꝓprie dꝛ: et
nullū dei donū charitate maiꝰ eſt: imo ſine
eo nullū donū ad ꝑpetuā hoīem deducere
poterit btitudineꝫ: proinde ſpūſſctūs ꝓp̄e
dꝛ charitas. ¶ Introgatio. Nūq̄d ipij do/
na dei habēt? ¶ Rn̄ſio. Habēt vtiqꝫ ꝑ eū q̄
Ioh.1.a. illuminat oēm hoīeꝫ venientē in hūc mūdū:
Act.17.f. In eo eīm ſumꝰ/mouemur ꝛ viuimꝰ: Bona
ſūt eīm dona dei eis q̄ bn̄ vtunt̄ illis: Ideo
charitas ſingulare eſt in ſctis donū/in q̄ fi/
lij dei diſcernunt̄ a filijs ipietat̄. ¶ Intro/
gatio: Quare ſi deꝰ totus vbiqꝫ eſt: in cęlo
dꝛ mag̃ habitare q̄ in t̄ra? ¶ Rn̄ſio. Quia
maioꝛ eſt cognitio i ſctis angelis aīabuſqꝫ
ſctoꝝ diuinitatis cū ſint apō deū i cęlis q̄
in t̄ris. Sic eīm in h̄ mortali coꝛpe q̄dā mag̃
intelligūt diuinā ſubāꝫ/q̄dā minꝰ: ita ꝛ i cę/
lo mag̃ dꝛ deꝰ eē q̄ in t̄ra: qꝛ plenius eiuſdē
ſubā itelligit̄ ab inhabitatoꝛibuſ cęli q̄ t̄rę
incolis. ¶ Introgatio. Si vna ſuba ē p̄r ꝛ
filꝰ ꝛ ſpūſſctūs: q̄re ſolus filꝰ incarnatꝰ dꝛ?
¶ Rn̄ſio. Quia alia ē ꝑſona filij/alia p̄ris/
alia ſpūſſcti. Et ſola q̄dē ꝑſona filij icarna/
ta ē: operāte tn̄ eādē incarnationē tota ſctā
trinitate: cuiꝰ oꝑa ſūt inſeꝑabilia. ¶ Intro/
gatio. Dū in ſymbolo catholico cātari ſolet
dei filiū de ſpūſctō ꝛ maria vgine incarna/
tū: q̄re nō dꝛ filꝰ ſpūſſcti: ſicut dꝛ btē vgis?
¶ Rn̄ſio. Non vtiqꝫ ſic de illo ſicut de illa
natꝰ ē filꝰ dei. De illa ſiq̄dē .i. ſctā vgine na
tus ē filꝰ dei ſic de m̄re: nō de illo .i. ſpūſctō
ſicut de p̄re: ne duo p̄res dicerent̄ in ſctā tri
nitate. ¶ Introgatio. Si vna natura ē pa/
tris ꝛ filij/ꝛ filꝰ incarnatus plenꝰ ē deꝰ ꝛ ꝑ/
fectus: quō nō p̄r incarnatꝰ eſt? ¶ Rn̄ſio.
Filꝰ plenꝰ eſt deꝰ ꝛ ꝑfectus q̄ ſolus incarna
tus eſt/ꝛ hō factꝰ ē. Nā ignis vna ſuba eſt: ſ
aliud i igne facit caloꝛ/aliō lux: Lux illumi/
nat/caloꝛ calefacit: vna tamē ignis natura
vtrūqꝫ facit ꝛ caloꝛē ꝛ lucē. ¶ Introgatio.
Utrū diuinitas cū carne cōcępta ꝛ nata et D
paſſa ē/ꝛ cętera q̄ hūanitat̄ ꝓpa eē noſcūt̄?
¶ Rn̄ſio. Utiqꝫ diuinitas ſuę carnis cōcę/
ptione cōcępta ē/ꝛ natiuitate nata: ſenſitqꝫ
ꝑticipatiōe hūani affectꝰ mortē quā ſponte
ſuſcęꝑat: nō naturę ſuę potētiā ꝑdēs ꝑ quā
cūcta viuificat. Et ipe auctoꝛ q̄ ſpōte natꝰ ē/
ſpōte paſſus ē. Eſt idē opꝰ: qꝛ vtrūqꝫ vnꝰ:
licet nō alio cogēte/ſolus tn̄ ipe ꝑpetit̄: ſal/
ua diuinitatis impaſſibilitate. ¶ Interro/
gatio. Ex q̄ natura dic̄: Ptātē habeo ponē/ Ioh.10.d.
di aīaꝫ meā? ¶ Rn̄ſio. Oīm q̄ in chꝛiſto ſūt
operū auctoꝛitas/ex diuinitate eſt: tn̄ carni
ꝯuenit dicere. Poteſtatē habeo ponēdi ani
mā meā/nō diuinitati. Diuinitas eīm nō di
miſit aīam poſtq̄ aſſūpſit eā in vtero virgi/
nis: caro dimiſit dū emiſit ſp̄m i cruce chꝛi/
ſtus. ¶ Interrogatio. Quō ꝯuenit qō i ge
neſi legit̄: Req̄euit deꝰ die ſeptimo ab oībꝰ Gen.2.a.
opibꝰ ſuis: ꝛ in euāgelio. P̄r meus vſqꝫ mō Ioh.5.c.
operat̄/et ego operoꝛ? ¶ Rn̄ſio. Req̄euit a
nouarū cōditione creaturarū: nō a cōditaꝝ
gubernatiōe: Et ideo deꝰ tūc creatoꝛ in ſex
dierū creatiōe putādus eſt: nūc vero guber
natoꝛ i totiꝰ mūdi naturis. ¶ Introgatio.
Quot creaturas rōnales ꝯdidit deꝰ? ¶ Rn̄
ſio. Duas/āgelicā ꝛ humanā: ꝛ cęlū angel̄:
ꝛ terrā hoībꝰ habitationē. ¶ Introgatio.

Quare angelicũ pctm̃ ſilentio in geneſi ab
ſcõditũ eſt: ⁊ hoĩs patefactũ eſt? ¶ Rñſio.
Quia angelicũ vuln⁹ deus nõ ꝑdeſtinauit
curare: hoĩs ꝟo ſanare ꝑdeſtinauit. ¶ In-
terrogatio. Cur ſũmi angeli pctm̃ inſanabi
le fuit/ ⁊ hoĩs ſanabile? ¶ Rñſio. Quia an
gelus ſui ſceleris inuẽtoꝛ fuit: hõ ꝟo alteri⁹
fraude ſeduct⁹. Itẽ quãto ſublimioꝛ ange-
lus in glĩa/ tãto maioꝛ ĩ ruina: Hõ vero q̃to
fragilioꝛ in natura/ tãto facilioꝛ ad veniã.
¶ Interrogatio. Cur hõ ſuę ꝑtãtis creatuꝛ
auctoꝛ eſt? ¶ Rñſio. Ut ipſe ſibi auctoꝛ eẽt
ad vitã/ ſiue ad mortẽ. Si ꝟo neceſſitati eẽt
ſubiect⁹: tũc nec boni operꝭ haberet glĩam:
nec mali pęnã/ ſ eẽt q̃ſi vn⁹ ex pecoꝛibus.

Interrogatio de benedictioni- bus filioꝛum iacob.

A Quid intelligendũ eſt de bñdictioni
bus/ q̃b⁹ iacob patriarcha bñdixit
filios ſuos: an hiſtoꝛice/ vł allegoꝛi-
Ge.49.a. ce intelligẽdę ſint/ dũ dicit: Cõgregamini fi
lij iacob/ vt annũciẽ vob̃ q̃ vẽtura ſũt in no
uiſſimis dieb⁹: et ſi videt̃ ex his ꝟbis magꝭ
allegoꝛiã ſonare q̃ hiſtoꝛiã? ¶ Reſponſio.
Utrũq ꝟo/ ⁊ hiſtoꝛiã/ ⁊ allegoꝛiã. Hiſtoꝛiã
de diuiſione terrę ꝓmiſſionis/ q̃ diuiſiones
diuidẽdę erat nepotib⁹ eoꝝ. Et allegoꝛiã de
chꝛiſto et de eccleſia in nouiſſimis tẽpoꝛib⁹
futurã. Sꝫ ꝑus hiſtoꝛię fundamẽta ponen-
da ſũt/ vt apti⁹ allegoꝛię culmẽ prioꝛi ſtru-
cturę ſuponat̃. Ruben ꝓmogenit⁹ me⁹/ tu
foꝛtitudo mea/ ꝓncipiũ doloꝛis mei: ꝑoꝛ in
donis/ maioꝛ iperio: Effuſus es ſicut aq̃/ nõ
creſcas: q2 aſcẽdiſti cubile pr̃is tui: ⁊ macu-
laſti ſtratũ ei⁹. Eſt aũt ſenſus h̃. Tu es ꝓmo
genit⁹ me⁹: maioꝛ in liberꝭ/ ⁊ debebaꝭ iuxta
oꝛdinẽ natiuitatꝭ tuę hereditatẽ/ q̃ ꝓmoge-
nitis iure debebat̃/ ſacerdotiũ accipere ⁊ re-
gnũ. Hoc q̃ppe ĩ poꝛtãdo honoꝛe ⁊ ꝑualido
roboꝛe demõſtrat̃: Uerũ q2 peccaſti: et q̃ſi
aqua q̃libet vaſculo non tenet̃: voluptatis
effuſus es ĩpetu: idcirco ꝑcipio tibi vt vltra
nõ pecces: ſiſq in fratrũ nũero/ pęnas peti
lucẽs/ q ꝓmogeniti oꝛdinẽ ꝑdidiſti. Princi-
piũ aũt doloꝛis eſt oĩs ꝓmogenit⁹: q2 ꝑ eo
cõmouent̃ viſcera parẽtũ. Simeon ⁊ leui
frẽs vaſa iniq̃tatis bellantia: in ꝯſiliũ eoꝝ
nõ veniat aĩa mea/ ⁊ in cętu illoꝝ nõ ſit glo
ria mea: q2 in furoꝛe ſuo occiderũt virũ: ⁊ in
volũtate ſua ſuffoderũt murũ: Maledict⁹
furoꝛ eoꝝ/ q2 ꝑtinax: ⁊ indignatio eoꝝ/ q2
dura. Diuidã eos ĩ iacob/ ⁊ diſꝑgã illos in
iſrł. Significat aũt h̃ ſui ꝯſilij fuiſſe/ q ſichẽ
Gen.33. ⁊ emoꝛ interfecerũt federatos: ⁊ ꝯ fas ĩ pa-
cis ⁊ amicitiarũ tpe ſanguinẽ fuderũt inno
centẽ/ ⁊ q̃ſi q̃dã furoꝛe ſic crudelitate rapta-
ti muros hoſpitę vꝛbis euerterẽt. Un̄ dicit:
Maledict⁹ furoꝛ eoꝝ/ q2 ꝑtinax: ⁊ relinquã
⁊ diſꝑgã illos ĩ iſrł. Leui eñ hereditatẽ ꝓ-
priã nõ accępit/ ſed in oĩb⁹ ſceptris paucas
vꝛbes ad inhabitãdas habuit. De ſimeon
ꝟo in libꝛo ieſu ſcriptũ eſt: q ⁊ ipſe ꝓpriũ fu
niculũ nõ accępit: ſꝫ de tribu iuda q̃dã ac-
cęperit. Iuda te laudabũt frẽs tui: manus
tuę ĩ ceruicib⁹ inimicoꝝ tuoꝝ: adoꝛabũt te
filij pr̃is tui. Catulus leonis iuda: ad ꝑdã
fili mi aſcẽdiſti requieſcẽs accubuiſti vt leo ⁊
q̃ſi leena. Quis ſuſcitabit eũ? Quia iudas
ꝯfeſſio ſiue laus ĩterꝑtat̃/ recte ſcribit̃ de iu
da: ꝯfitebunt̃ tibi frẽs/ vel laudabũt te. Et
licet de chꝛiſto grande myſteriũ ſit: ſꝫ tñ ſm
lraꝫ ſignificat/ q ꝑ dauid ſtirpẽ generarent̃
reges/ ⁊ q adoꝛarẽt eũ oẽs trib⁹. Nõ eñ ait
filij matrꝭ tuę: ſ filij pr̃is tui. Et qđ ſequit̃:
Ad pręđã fili mi aſcẽdiſti: oſtẽdit eũ capti-
uos ꝑplos eſſe ducturũ/ ⁊ iuxta intelligẽtiã
ſacratioꝛẽ aſcẽdiſſe in altũ/ captiuã duxiſſe Ps.67.
captiuitatẽ. Siue qđ melius puto: captiui-
tas paſſionẽ/ aſcenſus reſurrectionẽ ſignifi
cat. Alligãs ad vineã pullũ ſuũ/ ⁊ ad vitem
aſinã ſuã. Qđ videlicet pullũ aſinę cui ſup-
ſedit ieſus: hoc eſt gẽtiliũ ꝑplm vineę aplo-
rũ q̃ ex iudęis ſunt copulauerit: et ad vitẽ/
ſiue vt in hebꝛęo habet̃ ſoꝛeth/ id ẽ electam
vitẽ alligauerit aſinaꝫ cui ſupſedit eccłia ex
nationib⁹ ꝯgregata. Qđ aũt dicit: Fili mi:
cõuerſionẽ ad chꝛiſtũ de ipſo iuda facit: eo
q chꝛiſtus ſit vniuſa facturus. Qđ autẽ dr̃:
Nõ auferet̃ ſceptrũ de iuda ⁊ dux de femo- B
rib⁹ ei⁹/ donec veniat ille q̃ mittendus eſt/ ⁊
ipſe erit expectatio gentiũ: ſignificat/ q nõ
deficerẽt ꝓncipes de tribu iuda vſq ad tp̃s
q̃ natus ẽ chꝛiſt⁹: q̃ miſſus a pr̃e expectatio
eſt gẽtiũ. Zabulõ in littoꝛe marꝭ habitabit
et in ſtatiõe nauiũ ꝑtingẽs vſq ad ſidonẽ.
Iſachar aſin⁹ foꝛtꝭ accubãs inter terminoꝭ:
vidit requiẽ q eẽt bona/ ⁊ terrã q optima: ⁊
ſuppoſuit humerũ ſuũ ad poꝛtãdũ: factuſq
eſt tributꝭ ſuiens. Quia ſuꝑ ꝫabulon dixe-
rat/ q maris magni littoꝛa eẽt poſſeſſurus:
ſidoniã q et reliq̃s. phenicis vꝛbes cõtin-
geret: nũc ad mediterraneã ꝓuinciã dedit
et iſachar/ q̃ iuxta neptalim pulcherrimã in
galilea regionẽ poſſeſſurus eſt: bñdictione
ſua habitationẽ facit. Aſinũ aũt oſſeum vel
foꝛtẽ vocat: et humerũ dicit ſuppoſuiſſe ad
poꝛtandũ: q2 in laboꝛe terrę ⁊ vehentis ad
mare/ q̃ in finibus ſuis naſcebant̃/ plurimũ
laboꝛaret: regibus q tributa compoꝛtãs.
Aiunt hebꝛei ꝑ metaphoꝛam ſignificari: q
ſcripturas ſanctas die ac nocte meditans
ſtudiũ ſuũ dederit ad laboꝛandũ: et idcirco
ei oẽs ſeruiũt quaſi magiſtro dona poꝛtan-
tes. Dan iudicabit ꝑplm ſuũ/ ſicꝫ ⁊ alia tri-

bus in iſrael. Fiat dan coluber in viā/ ceraſtes in ſemita mordēs vngulas equi: vt cadat aſcēſor ei⁹ retro: ſalutare tuū expectabo dn̄e. Sanſon iudex iſrael de tribu dan fuit. Hoc ergo dicit/ nūc vidēs in ſpū comam nutrire ſanſonē naçareū ceſiſq; hoſtib⁹ triumphare/ qd̄ in ſimilitudinē colubri reguliq; obſidētib⁹ vias nullū p terrā iſrl̄ trāſire pmittat: Sz etiā ſi qs temerari⁹ v̄tute ſua quaſi velocitate equi cōfiſus/ eam voluerit pdonis more populare: non effugere valebit. Totū autē p metaphorā ſerpētis τ eq̄tis loquit̄. Vidēs ergo tā fortē naçareū q̄ ipe ꝓpter meretricē mortuus eſt/ τ moriēs nfos occidit inimicos: putaui o de⁹ ipſum eſſe chriſtū filiū tuū verū: q2 mortuus eſt et nō reſurrexit: τ rurſuz duct⁹ eſt iſrl̄ in captiuitatē: ali⁹ mihi ſaluator mūdi/ τ mei generis pſtolādus eſt: vt veniat cui repoſitū eſt et ipe eſſet expectatio gētiū. Gad accinct⁹ pliabit̄ an̄ eū/ τ ipe accinget̄ retrorſum: Significat/ q̄ an̄ rubē τ dimidia trib⁹ manaſſe ad filios q̄s trās iordanē in poſſeſſionem dimiſerat/ poſt q̄ttuordecim ānos reuertēs pliū aduerſuz eos gētiū vicinarū grāde repperit: τ victis hoſtib⁹ fortiter dimicauerit. Lege ieſū naue τ paralipomenō. Neptalim/ ceru⁹ emiſſus dās eloq̄a pulchritudis: ſiue neptalim ager irrigu⁹. Vtrūq; ſignificat hebreū v̄bū/ aiala. Significat aūt/ q̄ aq̄ calide in ipſa naſcant̄ tribu: ſiue q̄ ſup lacū geneſar flucto iordanis eſſet irriguus. Hebrei aūt volūt ꝓpt̄ tyberiadē/ q̄ legis videbat̄ habere noticiā/ agrū irriguū eloquia pulchritudis ꝓphetari. Ceru⁹ aūt emiſſus tēporaneas fruges τ velocitatē terre vberi-
C oris oñdit. Sz meli⁹ ſi ad doctrinā ſaluatoris cūcta referam⁹/ qd̄ ibi vl̄ maxime docuerit ſaluator/ vt in euāgelio q̄ ſcriptū ē. Filius me⁹ ioſeph accreſcēs: fili⁹ me⁹ accreſcēs τ decorus aſpectu: filie decurrerūt ſup murū: ſz exaſperauerūt eū/ τ iurgati ſunt: inuiderūtq; illi habentes iacula. Sedit in forti arcus ei⁹/ τ diſſoluta ſunt vincula brachioꝝ τ manuū ei⁹ p manū potentis iacob. Inde paſtor egreſſus eſt lapis iſrl̄. O fili ioſeph q̄ tā pulcher es/ vt te tota de muris et turrib⁹ ac feneſtrl̄ puellaꝝ egypti turba ꝓſpectet: inuiderunt tibi/ τ ad iracundiā te ꝓuocauerunt fratres tui: habētes liuoris ſagittas τ zeli iacul̄ vulnerati. Verū arcū tuū τ arma pugnādi poſuiſti in deo/ q̄ fortis eſt pugnator: τ vincula tua q̄b⁹ te fratres ligauerūt/ ab ipſo ſoluta ſunt et dirupta: vt ex tuo ſemine tribus naſcat̄ ephraim fortis τ ſtabilis/ τ inſtar lapidis durioris inuicta: iperās q̄ decē tribub⁹ iſrl̄. Beniamin lup⁹ rapax: mane comedet p̄dam τ veſpere diuidet ſpolia. Quia de aplo paulo q̄ dicta ſunt manifeſtiſſima ſit ꝓphetia/ oībus patet/ q̄ in adoleſcentia pſecutus ſit eccleſiaz: in ſenectute pdicator euāgelij fuerit. Hebrei autē ita dixerunt. Altare in q̄ immolabant̄ hoſtie τ victimarū ſanguis/ ad baſim illi⁹ fundebant: in parte trib⁹ beniamin fiat: Hoc inquiunt ſignificat/ q̄ ſacerdotes immolāt mane hoſtias/ ad veſperū diuidūt ea que ſibi ex lege collata ſunt: lupum ſanguinariū/ lupū voracē ſuper altaris interp̄tatione ponētes τ ſpoliorū diuiſorem ſup ſacerdotib⁹/ q̄ ſeruientes altari viuunt de altari. Hec aūt hiſto-
rice. Spiritaliter aūt in ruben prioris pplī iudeoꝝ oſtēdit eē perſonā: cui a dn̄o dicit̄: D
Iſrael primogenit⁹ meus. Eteni iuxta qd̄ Exo.4.f.
pmogenito debebat̄ ipſius erat accipe ſacerdotiū et regnū. Additur: tu virtus mea: Vtiq; q̄ ex ipſo pplo fundamentū fidei/ ex ipo virtus dei q̄ eſt chriſtus/ aduenit. Quō autē ipſe ſit pncipium doloꝝ: niſi dū patri deo ſemp irrogauerit iniuriā: dum cōuertit ad eum dorſum τ nō faciē. Iſte prior in donis: q2 primū ipſis credita ſunt eloquia dei et legiſlatio et teſtamētū ſiue ꝓmiſſio. Iſte maior imperio: Vtiq; ꝓ magnitudine virium: q2 copioſius ceteris i hoc ſeculo ꝓpt̄ idē negauit. Effuſus eſt autē ſicut aq̄: peccando in chriſto: q̄ vaſculo nō tenet̄ voluptatis/ effuſus ē impetu: τ idcirco addidit: vltra nō creſcas. Quapropter ipe poſtq̄ in vniuerſo orbe diſperſus eſt/ valde imminutus ē. Sed quare talia meruit/ ita ſubiecit: q2 aſcēdiſti cubile patris tui. Primogenite aūt plebis audaciā pdicat: Que aſcēdit cubile patris ſui/ τ maculauit ſtratū eius: qn̄ corpus dn̄icū in quo plenitudo diuinitatl̄ requieſcebat raptū in cruce ſuſpendit τ ferro cōmaculauit. Simeō et leui fratres vaſa iniquitatis bellātia. Per ſimeon τ leui ſcribe τ phariſei τ ſacerdotes iudaici ppl̄i intelligunt̄. De ſimeone eñ ſcribe erāt iudeoꝝ:
τ de tribu leui pncipes ſacerdotū q̄ ꝯſiliū fe Matth.26.a.
cerūt/ vt ieſum dolo tenerēt τ occiderēt. De quo cōſilio dicit: In ꝯſilium coꝝ ne veniat aīa mea. Horrebat eñ tāta ſcelera/ que nouiſſimis tpib⁹ facturi erant iudei. Quia in
furore ſuo occiderūt virū .i. chriſtū: de q̄ dr̄: Zach.6.d.
Ecce vir oriēs nomē eius. Et alibi: Femina Hiere.31.e.
circūdabit virū. Suffoderūt murū: id ē illū ſpiritalē fortiſſimū murū qui cuſtodit iſrl̄/ lancea cōfoderunt. Maledictus furor coꝝ
q2 ptinax/ vtiq; qn̄ furore accenſi τ ira/ ob- Job.19.e.
tulerūt chriſtū pontio pilato dicētes: Crucifige crucifige. Et indignatio coꝝ: q2 dura dum barrabā latronē peterēt et pncipē vi-

tē crucifigendū poſtularent. Diuidam eos
in iacob/ et diſpergam illos in iſrael: Quia
nōnulli ex ipſis crediderūt: quidā in infide/
litate ꝑmanſerūt. Dicunť eñ diuiſi hi q ab
eis ſeparanť ⁊ venūt ad fidē: Diſperſi aūt
quorū patria tēploq ſubuerſo p orbē terrę
incredulorū genus ſpargiť. Juda te lauda/
bunt fratres tui. Per hūc iudā verus cōfeſ/
ſor exprimiť chriſtus: qui ex eius tribu ſm
carnē eſt genitus. Ipſum laudabūt fratres
ſui: apli ſcilicet/ et omnes cohęredes eius q
per adoptionē patris / filij dei effecti ſunt/ ⁊
chriſti fratres per gratiā: quorū ipſe eſt dñs
per naturā. Manꝰ tuę in ceruicibus inimi/
corum tuorū. Eiſdē eñ manibꝰ atq eodem
crucis tropheo/ et ſuos texit/ et inimicos/ et
aduerſarias poteſtateſ curuauit. Juxta qđ
Pſ.109. et pater promittit ei dicens: Sede ad dexte
ram meā/ donec ponam inimicos tuos ſca/
bellum pedū tuorū. Adorabunt te filij pa/
tris tui: Quādo mlti ex filijs iacob adorāt
Roma.11.a. eū/ per electionē gratię ſalui facti. Catulus
leonis iuda: Qui naſcendo factus eſt par/
Eſaie.9.a. uulus ſicut ſcriptū eſt: Paruulus natus eſt
nobis. Ad prędā fili mi aſcēdiſti. i. aſcendēs
in crucē captiuos pplos redemiſti: ⁊ qs ille
ꝯtrarius inuaſerat/ tu moriēs eripuiſti. De/
Pſ.76. niq rediēs ab inferi/ aſcēdiſti in altū capti/
E uā duxiſti captiuitatē. Requieſcēs accubu/
iſti vt leo: Manifeſtiſſime chriſtus in paſſi/
Joh.19.f.et.g one accubuit/ qñ inclinato capite tradidit
ſpm: Et qñ in ſepulchro poſitus fuit: velut
quodam corpis ſomno quieuit. Sed qre vt
leo/ et velut catulus leonis? In ſomno eñ
ſuo leo fuit/ qñ nō neceſſitate/ ſed ptāte hoc
Joh.10.d. ipm cōpleuit/ ſicut ipſe dicit: Nemo tollit a
me aiam meā/ ſ; ego pono eā. Qđ vo addit:
⁊ vt catulus leonis: inde eñ mortuus vnde
natus. Bene ġ chriſtus vt leo reqeuit q nō
ſolū mortis acerbitatē nō timuit/ ſ; ⁊ in ipa
morte mortis imperiū vicit. Qđ aūt dicit:
Quis ſuſcitabit eū? Quia nullꝰ niſi ipſe: iuxta
Joh.2.d. qđ dič: Soluite tēplū hoc/ ⁊ in triduo ſuſci/
tabo illud. Nō deficiet dux de iuda ⁊ reliq.
Hoc manifeſtiſſime ad iudā referť. Diu eñ
fuit ex ſemine illius intemerata apud iude/
os ſucceſſio regni/ donec chriſtus naſcereť:
ſicut ſupra diximus. Alligās ad vineā pul/
lum ſuū. Pullus ſuus pplś eſt ex gētibꝰ/ cui
adhuc nunq fuerat legis onus impoſitū:
Hūc copulauit ad vineā: ad aplos ſcꝫ q ex
Eſaie.5.b. iudęis ſunt. Nā vinea dñi ſabaoth domus
Joh.15.b. iſrael ē. Et ad vitē aſinā ſuā: ipſe dicit: Ego
ſum vitis vera. Ad hāc ġ vitē alligat aſinā
ſuā/ ſynagogā tardigradā ſcꝫ/ ⁊ graui legis
pondere depreſſam. Lauauit in vino ſtolā
ſuā: ſiue carnē ſuā in ſanguine paſſionis/ ſi/
ue ſanctā eccleſiam illo vino/ qđ pro multis Matth.26.f.
effundeť in remiſſionē pctorū. Et in ſangui/
ne vuę palliū ſuū. Palliū gētes ſunt quas
corpori ſuo iūxit/ ſicut ſcribiť: Pulchriores Gen.49.d.
oculi eiꝰ vino. Oculi chriſti apli ſunt ⁊ euan
geliſtę: q lumē ſciētię eccleſię pſtant: quorū
pcepta auſteritatē vini priſcę legi ſuperāt/
qꝛ lōge leuiora ſunt. Et dentes eiꝰ lacte cā/
didiores. Dentes pceptores ſunt ſancti q
pcidunt ab erroribus hoīes/ ⁊ eos qſi come
dendo in chriſti corpꝰ trāſmittūt. Cādidio/
res autē effecti ſunt doctores eccleſię lacte
veteris legis. Zabulon habitabit in littore
maris ⁊ in ſtatione nauiū. Zabulon inter/
pretať habitaculū fortitudinis/ ⁊ eccleſiam
ſignificat. Hęc i littore maris habitat ⁊ ſta/
tione nauiū: cū credētibꝰ refugiū ⁊ pericli/
tantibꝰ demonſtrat fidei portū. Hęc ꝯ oēs
turbines ſeculi inconcuſſa firmitate ſolide
expectat naufragiū iudęorū ⁊ hereticorū p/
cellas/ qui circūferunť oīni vento doctrinę:
quorū etſi tundiť fluctibꝰ/ nō tñ frangitur.
Pertendit autē vſq ad ſidonē: hoc eſt vſq F
ad gētes. Legiť etiā i euāgelio inde aſſum/ Matth.4.c.
ptos eſſe aplos aliquos/ et ipſis locis dñm
ſępe docuiſſe: ſicut ſcriptū eſt: Terra zabu/ Eſaie.9.a.
lon/ ⁊ terra neptalim: pplus qui ſedebat in
tenebris/ vidit lucē magnā. Sidon interp̄/
tatur venator/ vel venatrix. Venatores q
ſūt/ niſi apli? Quia vt ſupra diximꝰ/ ex illis
locis aſſumpti ſunt: de quibꝰ dr: Mittā ve/ Hiere.16.d.
natores multos/ ⁊ venabunt vos. Iſachar
aſinus fortis. Iſachar q interp̄tať merces
referť ad pplm gētiū/ quē dñs ſanguinis ſui
pcio mercatus eſt. Hic iſachar aſinꝰ fortis
ſcribiť: qꝛ pus pplś gētilis qſi brutū ⁊ luxu/
rioſum alal nullaq rōne ſubſtitit: ſed poſt/
modū iugū diſciplinę euāgelicę libēter por
tauit. Hic accubās inter terminos/ vidit re/
quiē q eſſet bona/ ⁊ terrā q optima. Inter
terminos aūt cubare eſt/ pſtolato mūdi fi/
ne reqeſcere: nihilq de his q nunc verſanť
in medio qrere/ ſꝫ vltima deſiderare. Et for/
tis aſinus requiē ⁊ terrā optimā videt/ cū
ſimplex gētilitas ſe ad robur boni opis eri/
git/ ⁊ ad ętnę vitę patriā tēdit. Vñ etiā ap/
ponit humerū ſuū ad portandū: qꝛ cum ad
pmiſſam requiē puenire deſiderat/ cuncta
mādatorū onera libēter portat. Vñ factꝰ eſt
tributis ſeruiēs: hoc ē chriſto regi ſuę fidei
dona ⁊ operū bonorū offerēs munera. Dan
iudicabit pplm ſuū/ ſicut alię tribꝰ in iſrl. Fi/
at dan coluber in via/ ceraſtes in ſemita/ et
reliq. Dicunt quidā antichriſtū p hęc pdici
⁊ de iſta tribu futurū: p eo q h loco dan/ et
coluber aſſeriť ⁊ mordens/ et q inter tribus
iſrl/ primꝰ dan ad aqlonē caſtrametatꝰ eſt:

Eſaie.14.d illū ſignificās q̄ ſe in laterib⁹ aq̄lonis ſede-
Hiere.8.f. re dicit: et de q̄ figuralit̄ dicit ꝓpħa. A dan
auditus eſt fremit⁹ equoꝝ. Qui nō ſolū co-
luber/ ſ; etiā ceraſtes vocat̄. κεραστα eñ gręce cornua dicūt̄. Serpēs ḡ ille cornut⁹ ēē ꝓhibet̄: Per quē digne antichriſt⁹ aſſerit̄: qꝛ ꝯ vitā fideliū cū morſu peſtiferę ꝑdicationis armabit̄ etiā cornib⁹ poteſtatis. Quis aūt neſciat ſemitā anguſtiorē eſſe q̄ viam? Fit ḡ dan coluber l via: qꝛ in ꝑſent̄ vitę latitudine eos ambulare ꝓuocat/ q̄b⁹ q̄ſi parcendo blādit̄: ſ; in via mordet: qꝛ eos q̄b⁹ libertatē tribuit/ erroris ſui veneno ꝯſumit. Fit ceraſtes in ſemita: qꝛ q̄s fideles reperit ⁊ ſeſe ad ꝓcepti cęleſtis itinera ꝯſtringētes: nō ſolū nequitia callidę ꝑſuaſiōis ipetit/ ſ; etiā terrore poteſtat̄ ꝓmit: et in ꝑſecutiōes lāguore poſt bñficia ficte dulcedinis/ exercet cornua ꝓtātis. Equ⁹ iſte cui⁹ vngulas ceraſtes mordere ōr: hūc mundū inſinuat: q̄ ꝑ elationē ſuā incurſu labentiū tpm ſpumat. Et qꝛ antichriſt⁹ extrema mūdi hui⁹ apphēdere nitit̄: ceraſtes iſte eq̄ vngulas mordere ꝓhibet̄: Vngulas q̄ppe eq̄ mordere/ ē extrema ſęculi feriēdo ꝯtingere: vt cadat aſcēſor ei⁹ retro. Plębs infidelis iudęa erroris ſui laqueis capta/ ꝓ chriſto antichriſtū expectat. Vñ iacob eodē loco repēte in electoꝝ voce cōuerſus eſt dicēs: Salutare tuū expectabo dñe. i. nō ſicut infideles antichriſtū: ſ; eū q̄ in redēptionē nřam vētur⁹ ē verū credo fideliter chriſtum. Amen.

Sancti auguſtini hipponenſis epiſcopi/ liber de inquiſitione trinitatis/ ⁊ quibuſdā alijs ſententijs/ explicit.

Diui aurelij auguſtini hipponēſis epi/ liber de vera innocentia/ incipit. (Que ſit vera innocentia.

1 i Nnocētia ē vera q̄ nec ſibi nec alteri nocet: Quoniā q̄ diligit
Pſ.10. iniquitatē odit aīam ſuā: ⁊ nemo non prius in ſe q̄ in alterum peccat.

De hominibus diligendis.

2 ſ Ic diligēdi ſūt hoīes/ vt eoꝝ nō diligantur errores: qꝛ aliud eſt amare q̄ facti ſūt: aliud odiſſe q̄ faciūt.

(De vera eťnitate.

3 v Era ęterni-tas ⁊ vera † imutabilitas nō eſt niſi
Al. immortalitas. in deitate trinitat̄: cui q̄ ē ēē/ ꝑpetuū ē: qꝛ natura initio carēs/ incremēto nō indigens: ſicut nullū finē/ ita nullā recipit mutabilitatē. Creaturę aūt illę q̄b⁹ de⁹ ęťnitatē dedit vel daturus eſt/ nō penit⁹ oīs finis alienę ſunt: qꝛ nō ſūt ex̄ cōmutationē. Vn̄ finis ill̄ ē et tpalis inſtitutio et local̄ mutatio et ipa in augmētū ſui mutatio facta.

(De patiētia.

4 p Atientia dei magna eſt q̄ parcit ꝯtēptus/ parcit etiā negat⁹: ⁊ magł vult vitā peccatoris Ezech.18.g. q̄ mortē. Eruditio eſt pęnitudinis/ ⁊ oblatio correctionis: nec vlla chriſti opa a miſericordia vacāt: q̄m hoī et indulgentia cōſulit ⁊ flagello.

(De vltione dei.

5 d Iuina bonitas ideo maxime iraſcit̄ in h̄ ſęculo/ ne iraſcat̄ i futuro: ⁊ miſericorditer tpalem adhibet ſęueritatē/ ne ęternā iuſte inferat vltionē.

De vera cōfeſſiōe ſiue laudatiōe.

6 v Era ꝯfeſſio eſt bñdicētis/ cū idē ſonus eſt ⁊ oris et cordis. Bñ aūt loq̄ ⁊ male viuere/ nihil aliud ē q̄ ſe ſua voce dānare.

(De ꝟtute charitatis.

7 d Ilectio dei ⁊ ꝓximi ꝓpria ⁊ ſpecial̄ virtus eſt pioꝝ atq̄ ſctōꝝ: cū cęterę ꝟtutes ⁊ bonis ⁊ malis eſſe poſſint cōmunes.

(De doctrina aplica.

8 d Octrina aplica tā ſalubris atq̄ vitalis eſt/ vt ꝓ capacitate vtentiū neminē ſui relinquat exortem: qꝛ ſiue paruuli/ ſiue magni/ ſiue infirmi/ ſiue fortes habēt in ea vnde alant̄/ vñ ſatient̄.

(De querēdo deo.

9 d Eum q̄rēs gaudiū q̄rit: Sic ḡ q̄rat vt nō i ſe/ ſ; in dño gaudeat. Accedendo eñ ad deū illuminat̄ ignorātia ⁊ corroborat̄ infirmitas: data ſibi ⁊ intelligētia qua videat/ ⁊ † claritate qua ferueat.
Al. charitate

De faſtidio ſpiritali.

10 ſ Icut corpori noxiū ē eſcā corporeā nō poſſe ꝑcipe: ita alę periculoſum eſt ſpiritales delitias faſtidire.

Q̄ obnoxiū ſit ad nō eſſe tēdere.

11 n Onnū q̄ multi ſunt q̄ ad nō ēē tendūt. Quid eñ tam eſt obnoxiū paucitati/ q̄ q̄ eſt debitū ꝑditioni?

Q̄ de⁹ pena reoꝝ nō cōcupiſcat.

12 n On cōcupiſcit de⁹ penā reoꝝ tanq̄ ſaturari deſiderās vltione: ſ; q̄ iuſtū eſt cū trāq̄llitate decernit/ et recta volūtate diſponit: vt etiā mali non ſint inordinati.

(De bono intellectu.

13 b Onū intellectū habet q̄ q̄ faciēdū eſt recte intelligit ⁊ facit: Alioq̄n talis eſt ſine ope intelligētia/ q̄lis ſine timore ſapia: cū ſcriptū ſit: Initiū ſapiētię Eccli.1.b timor dñi.

De reqe adhuc in carne viuētis.

14 h Abet ⁊ in hac vita requiē ſuā aīa/ q̄ de morte infidelitat̄ exēpta ē: et nō ab opib⁹ iuſticię/ ſed ab iniq̄tatis ſe

abſtinet actiõe: vt viuẽs deo ⁊ mortua mũ/
do in humilitat̃ ⁊ mãſuetudinis placita trã
qllitate requieſcat. (De vouendo deo.
15 Uiſqs bñ cogitat q̃ voueat deo ⁊ q̃
q vouẽdo pſoluat: ſeipm voueat ⁊ red
Luc.20.d. dat. Hoc exigit: h̃ debet. Imago cę/
ſaris reddat cęſari: imago dei reddat deo.
Sz ſicut videdũ ẽ/ qd offeras ⁊ cui offeras:
ita etiã pſiderãdũ eſt/ vbi offeras: qꝛ veri ſa
crificij extra catholicã eccleſiã locus nõ eſt.
16 Uę ſũt (De iuſticia ⁊ gratia.
d retributiones iuſticię: cũ aut bona
p bonis: aut mala p mal' reddunt.
Tertia eſt retributio grę: cũ p regeneratio/
nẽ remittunt mala/ ⁊ retribuunt bona/ atqꝫ
Ps.24. ita manifeſtant: qꝛ vniuerſę vię dñi miſeri/
cordia ⁊ veritas. Illã aũt retributionẽ im/
pioꝝ/ qua p bonis mala reſtituunt/ deꝰ ne/
ſcit: q̃ nõ retribueret bona p malis/ niſi eẽt
cui retribueret bona p bonis.

De ſuperne patrie ciuibus.
17 Omnis q̃ ad ſupnã ptinet ciuitatez/
o peregrinꝰ eſt mundi: et dũ tpali vit
vita/ i patria viuit aliena: vbi inter
multa illecebroſa/ ⁊ mlta fallacia deũ noſſe
Ps.18. et amare paucorũ ẽ: qbꝰ fit pceptũ dñi luci/
dũ/ illuminãs oculos: vt nec i dei/ nec i pro/
ximi charitate fallant.

De carnis cupiditate vincenda.
18 Emo ẽ cuiꝰ aiam corruptibile corpꝰ
Sap.9.d. n ⁊ inhabitatio terrena nõ aggrauet:
Sz nitendũ ẽ/ vt carniſ cupiditates
ſpũs vigore ſuperent: ⁊ interior hõ q̃ ſemp
ſibi ſentit reſiſti/ ſemp de diuino auxilio ex/
pectet adiuuari. (De anguſta via vite
19 Anguſta ẽ via q̃ ducit ad vitã: ⁊ tñ p
Matth.7.b. a ipſã/ niſi dilatato corde nõ currit: qꝛ
iter ꝟtutũ q̃ gradiunt paupes chri/
ſti/ amplũ eſt fideliũ ſpei: ⁊ ſi artũ ſit infide/
lium vanitati.

De pmio chriſtiane religionis.
20 Ex affectu ⁊ deſiderio colendus eſt
b deꝰ/ vt ſui cultus ipe ſit merces. Nã
qui deũ ideo colit vt aliud mag' q̃
ipſũ pmereat: nõ deũ colit/ ſed illõ qõ aſſeq̃
pcupiſcit. (De iudicandis occultis.
21 E occultis cordis alieni temere iudi
d care/ pctm ẽ: ⁊ eũ cuiꝰ nõ vident niſi
bona opa/ iniquũ eſt ex ſuſpitione
rephendere: cũ eorũ q̃ hoĩs ſunt incognita
ſolus deꝰ iudex ſit: qꝛ iuſtꝰ ẽ ⁊ iſpector verꝰ.

De adiutorio dei.
22 d Iuini ẽ muner'/ cũ ⁊ recta cogitamꝰ/
et pedes noſtros a falſitate atqꝫ in/
iuſticia cõtinemꝰ: Quotiẽs eñ bona agimꝰ
deꝰ in nob atqꝫ nobiſcũ vt opemur opat.

De paſſionibꝰ ſanctoꝝ a malis.
Iuſto iudicio dei dat plerũqꝫ pecca 23
i toribus ptãs q̃ ſctõs ipſiꝰ pſequan/
tur: vt q̃ ſpiritu dei iuuant ⁊ agunt/
fiant per laboꝝ exercitia clariores.

De ſcientia boni ⁊ actione.
Non eſt vera ſciẽtia boni/ niſi ad hoc 24
n cõphendat vt agat. Inutiliter autẽ
meditat legẽ dei/ qui laborat vt me
moria teneat qõ actione non implet.

De amore legis in hoĩbus.
q Ui legẽ dei diligit/ pbat ſe in hoibꝰ 25
iniqs id qõ ꝯ legẽ ẽ odiſſe/ nõ hoĩeſ.

De ſcrutandis mãdatis dei ſine iurgijs.
m Andata dei niſi quieta mẽs ſcrutari 26
nõ põt: vt ergo religioſum exerceat
ſtudiũ/ abigenda ſunt iurgia malignorũ.

De proficiendo ſemper.
n Emo tã eruditꝰ/ nemo tã doctꝰ ẽ qui 27
ſupna illuſtratione non egeat. Non
eñ vlla ita diuinoꝝ bonoꝝ augmẽta ſuffi/
ciunt: vt non ſemp ſupſit qõ mens rõnalis
et intelligendũ deſideret ⁊ gerendũ.

De duplici opere dei/ miſericor/
die et veritatis.
I oẽs hoies ſimul ꝯſideremꝰ: quoꝝ 28
ſ alij miſericordia ſalui fiũt: alij veri/
tate dãnant: vniuerſę vię dñi.i. mi/ Ps.24.
ſericordia ⁊ veritas ſuo fine diſtinctę ſunt.
Si aũt ſolos ſctõſ intueamur/ nõ diſcernũt
hę vię dñi: Indiuidua eñ ibi ẽ et a miſcdia
ꝟitas/ ⁊ a ꝟitate miſcdia: qꝛ btitudo ſctõrũ
et de munere grę ẽ/ et retributione iuſticię.

De obſeruãtia pacis cũ malis.
Chriſtianę pfectiõis eſt/ pacificũ eſſe 29
c etiã cũ pacis inimicis: ſpe correctio/
nis/ nõ ꝯſenſu malignitat': vt ſi nec
exẽplũ nec cohortationũ diſcretionẽ ſeqnt:
cauſas tñ nõ habeãt qbꝰ odiſſe noſ debeãt.

De cuſtodia dei in temptatione.
Uſtodit nos dñs ab oi malo: nõ vt 30
c nihil patiamur aduerſi/ ſed vt ipſis
aduerſitatibꝰ aia nõ lędat. Cum eñ
tẽptatio adeſt/ fit q̃dã in id qõ noſ ipugnat
introitꝰ: Et ſic bono fine.i. ſine vulnere alę
tẽptatio cõſummat: ita ad ęternã requiem
de profundo tpalis laboris exitur.

De munere dei in aſcẽſu hierl'm.
